

PROPINARE a graeco tractum est: post potum tradere.

5 Terentius Eunuchō (1087):

hunc vobis comedendum [et bibendum] et deridendum propino.

Ennius Satyrarum lib. III (7):

Ennī poeta, sálve, qui mortálibus  
versús propinas flámmeos medúllitus.

10 PEDETEMTIM dicitur caute. Cicero in Verrinis actione I  
(18): 'quae tamen a me pedetemtim cauteque dicentur'.

INSVLVSVM, proprie fatuum, quasi sine sale. M. Tullius  
ad Caesarem iuniorem Epistola II (fr. 17): 'sed ita  
locutus insulse est, ut mirum senatus convicium exceperit'.

15 — et de Oratore lib. II (217): 'ut nihil aliud eorum  
quam ipsa insulsitas rideatur'.

IGNAVVM est SEGNE, torpidum, feriatum et sine igni.

Vergilius Georgicorum lib. IV (168):

ignavum fucos pecus a praesepibus arcent.

et Georgicorum lib. III (42):

20 en age, segnīs  
rumpe moras.

M. Tullius ad Caesarem iuniorem II lib. (fr. 18):  
'in quo tua me provocavit oratio, mea consecuta est  
segnis'. — et de Senectute (36): 'quae vitia sunt non  
25 senectutis, sed incertae, ignavae, somniculosae senectutis'.

4 Prop.—trad.; 12 Ins.—sale; 16 Ignavum—igni.

4 (Propinare de graeco tractum potandum dare *index marg.*  
*in B<sup>d</sup>*) || 6 hú. c. et dér. vób. prop. (*om.* et bib.) *codd. Ter. praeter*  
*Bemb. qui habet* h. c. v. p. et diridendum: hú. c. et débibendum  
vób. prop. *Nettl.* || 7—9 *cf. 139. 15* (*s. v. medullitus*) || 8 ennio  
eta selve *codd. h. l.* || 10—11 *fort. secludend. (cf. 'Non. Marc.'*  
*p. 13)* || 10 *null. lemm. L<sup>1</sup>* || II || 13 Epistolarum *Quich.* || 15 aliud  
deorum *L* || 16 Ign. et Seg. *Iun.* || 18 *cf. 460. 6* || 19—21 *cf. 386. 38* ||  
19 IIII *codd. h. l.* || Georg. *secl. Mu.* || 23 provocabit || 25 sed  
inertis, ign. *codd. Cic.*

CALAMITOSVM dicitur malis et calamitatibus praegravatum. M. Tullius in Verrinarum Divinatione (70): 'et honoris amplissimi puto esse et accusare inprobos et miseros calamitososque defendere'.

SERIVM, triste et quasi sine risu. [M.] Afranius Privigno (253):

non égo te novi trístem, saevum, séríum?

30

Plautus Amphitryone (855):

núnc quidem praetér nos || nemo est: díe mihi verum sérío.

INTERPOLARE est inmittere et interponere et novam formam e vetere fingere. M. Tullius in Verrem actione II (I, 158): 'aliquid demendo, mutando, interpolando'. — et est tractum ab arte fullonia, qui poliendo diligenter vetera quaeque quasi in novam speciem mutant. Plautus Amphitryone (317):

illic homo me intérpolabit meúmque os finget dénuo.

EVERRICVLVM genus est retis piscatorii: a verrendo dictum, vel quod trahatur vel quod, siquid fuerit piscium nactum, everrat. ad hoc M. Tullius Verrinarum lib. V, de Signis (IV, 53): 'quod umquam, iudices, huiuscemodi everriculum ulla in provincia fuit?'

DIVARICARI dictum est distendi: dictum ab his qui vitio naturae ita sunt pedibus discretis, ut eos in diversum habeant separatos. M. Tullius de Signis (Verr. II,

26 Cal.—praegr.; 29 Ser.—risu; 1—2 Interp.—fing.; 8—10 Everr.—ad hoc; 12—13 Div.—separatos.

26 calamitalibus L || 29 M. (*praec.* risu) *del. Quich.* || 30 saevum *Stevech.*: servum || 1 est intermittere *B<sup>A</sup>* || 2 evertere *B<sup>A</sup>* || 4 fullonum *Quich.* || 7 illic *Pl.*: illuc || 8 piscatorium: *corr. Ald.* || 9 vel siquod *f. (om. quod) C<sup>A</sup> D<sup>A</sup>* || 10 nactum *edd.*: natum || ab *Mu.* || 11 iudices *Cic.*: iudex || 12 dict. *alt. secl. Mu.* || ab his] *fort. a varis* || vitium *L C<sup>A</sup> D<sup>A</sup>*: vitio *B<sup>A</sup>*.

34. 35 M.

- iv, 86): 'Sopatrum, hominem summum, domi nobilem,  
15 summo magistratu praeditum, divaricari ac deligari iubet'.

VACCILLARE est trepidare vel cum lassitudine niti: a senibus, qui sint aëvo defessi atque ad sustinendam lassitudinem baculo tarditatem levent. M. Tullius Philippicarum lib. III (31): 'in Galliam mutilatum ducit exercitum, cum una legione et ea vaccillante'.

- 20 PRAESTRINGERE dictum est non valde stringere et perlaudare. Plautus in Milite Glorioso (4):  
praestringat oculorum aciem in acie hostibus.

Lucilius lib. XXX (102):

praestringat oculorum aciem splendore micanti.

- M. Tullius de Senectute (42): 'voluptas rationi ||  
1 inimica est, mentis, ut ita dicam, praestringit oculos nec  
habet ullum cum virtute commercium'. — Varro Andabatis (30): 'non mirum si caecutis; aurum enim non  
minus praestringit oculos quam ὁ πολὺς ἀκράτος'. —  
5 Cicero [de Fato et] de Finibus Bonorum et Malorum  
lib. IV (37): 'aciem animorum nostrorum virtutis splendore praestringitis'.

ANGINA, genus morbi, eo quod angat; et graece συνάγχη appellatur. Lucilius lib. XXX (38):

insperato abiit; quem una angina sustulit hora.

16—18 Vac.—levent; 20—21 Praestringere—et plaudere;  
7—8 Ang.—app.

14—15 hom. summum d. n. mag. ut vid. F<sup>3</sup>: hom. summum mag. L (om. d. n. summo): hom. cum domi nob. tum summo mag. *codd.* Cic. || summum *secl.* Mu. || delicari L || 17 ad om. (*add.* F<sup>2</sup> Paris. 7666) || 20—21 et laudare L<sup>1</sup>: et plaudere C<sup>4</sup> D<sup>4</sup>: et claudere B<sup>4</sup>: et plaudare (*cum L mg.*) an et perlaudare (et laudare F<sup>1</sup>) *incert.* F<sup>3</sup>: eludere Mu. || 21—22 cf. 373. 36 || 22 ac. in aciem L || 24 ac. in acie hostibus spl.: *corr.* Dousa pater: oc.—host. *secl.* Mu. || in spl. L (*pro ispl.*) || 1 prestringat L || 4 ὁ om. L || ἀκράτος: *corr.* Turneb. || 5 de Fato et (*pro* de Fi. Bo. et) *seclusi*: de Fato \* \* \* et *edd.* || 6 II || 7 synancea (-tea, sin-) (*seq. a.*)

ARQVATVS morbus dictus, qui regius dicitur, quod arcus 10  
sit concolor, de virore vel quod ita stringat corpora ut in  
arcum ducat. quod nos \* \* \* *Lucilius lib. XXX* (39):  
nos esse arquatos. surgamus, eamus, agamus!

Varro Eumenidibus (148): 'nam ut arquatis et  
lutea quae non sunt et quae sunt lutea videntur; sic 15  
insanis sani et furiosi videntur esse insani'.

PRIVVM est proprium uniuscuiusque; unde et res  
privata. *Lucilius lib. XXX* (41):  
culcitulae accedunt privae centonibu' binis.

idem (I, 34):

20

abdomina tunni

. . . . priva dabo.

NVGATOR, nugis turbator. *Lucilius lib. XXX* (103):  
quam me hoc tempore, nugator, cognoscere non vis.

FORAMINA quasi diminutive a foribus dicta. Cicero 25  
*Tusculanarum lib. I* (47): 'nam nunc quidem, quam-  
quam foramina illa, quae patent ad animos a corpore,  
callidissimo artificio natura fabricatur'.

DISCERNICVLVM, acus quae capillos mulierum ante fron-  
tem dividit: dicta a discernendo. *Lucilius lib. XXX* (58): 30  
euplocamo digitis discerniculumque capillo.

FRATRVM proprietatem Nigidius acutissime || dixit (50):  
'frater est', inquit, 'dictus quasi fere alter'.

1

10—13 Arq.—agamus; 17—18 Priv.—priv.; 23 Nug.—turb.;  
25 For.—dic.; 29—30 Disc.—disc.; 32—2 Fratr.—subpo.

12 quod nos *On.*: quod *del. Iun.* || *Lucil. lib. XXX add.*  
*Kettner. observ. crit. p. 16* || 14—16 *cf. 549. 22* (s. v. luteus) || nám ut  
a. ét q. n. s. lú. et q. sú. v. etc. *Housman (Class. Rev. XVI, 255)* ||  
14—15 et lutea quae *codd. 549*: et uterque *codd. h. l.*: l. quae  
(om. et) *Bue.* || 15 et quae *F<sup>s</sup> B4*: quae *L* || 19 culcituae *L* ||  
accendunt: (*corr. G*) || 20—22 *cf. 159. 29* || 22 advenientibus  
*p. d. codd. 159* || 23 Nug. nugitur *luc. L<sup>1</sup>* || 25—28 *fort. post 66. 14*  
*collocand. (vid. 'Non. Marc.' p. 13)* || 27 animum *Cic.* || 28 (fa-  
bricata est *L<sup>s</sup> cum codd. Cic.*) || 30 dictum *ed. a. 1476.*

SVBPLANTARE dictum est pedem subponere. Lucilius lib. XXIX (50):

subplantare aiunt Graeci.

- 5 M. Tullius de Officiis lib. III (42): 'contendere debet, quam maxume possit, ut vincat; subplantare eum quicum certet aut manu pellere nullo modo debet'.

CONIVGARE, copulare: dictum est a iugo. Lucilius lib. XXIX (25):

- quám mihi quantum est ínter humanúm genus  
10 rerúmque inter se cóniugat, commúnicat!

FENESTRAE a graeco vocabulo conversum est in latinum, ἀπὸ τοῦ φαίνειν. Cicero Tusculanarum lib. I (46): 'non eas partis, quae quasi fenestrae sunt animi'.

EMVNGI ex manifesta significatione manat. Lucilius lib. XXIX (82):

- 15 ín me illis spem esse ómnem, quovis pósse me emungi bolo.

Terentius (Phorm. 682):

émunxi argentó senem.

ADGLOMERARE, implicare, coniungere: dictum a glomere.

Vergilius Aeneidos lib. II (341):

- 20 et lateri adglomerant nostro.

COLLARE est vinculi genus, quo collum adstringitur.

32—2 Fratr.—subpo.; 8 Coni.—iugo; 11 Fen.—latinum;  
14 Em.—man.; 18 Adgl.—glom.; 21 Coll.—adstr.

2 (supra ponere *H*<sup>2</sup> ut vid.) || 8 Coniungere ut vid. *DA* (Coniungere *Montepess.*, Coniungere *Paris.* 7665): Coniungere *LB<sup>4</sup> C<sup>4</sup>* || 9 mihi] mi ille *Mu.* || fort. aqua omnis (*acc. plur.*) || 10 ferumque *Me.* || coniugat: corr. *Bentin.* || 11—13 fort. post 66. 14 collocand. (*vid.* 'Non. Marc.' p. 13) || 12 ἀπὸ τοῦ φαίνειν *edd.*: a potu feninio || 13 non aes *L* || sint *codd.* *Cic.* || 15 in me illis *Iun. in Erratis*: in mellis || possem emungi volo: corr. *Carrio* || 16. 17 teremunxi || 17 cf. 103. 17 || 21 quod *C<sup>4</sup> D<sup>4</sup>.*

Lucilius lib. XXIX (100):

cum manicis, catulo collareique, ut fugitivum,  
deportem.

DEPILATI dictum rarefacti. Lucilius lib. XXIX (40): 25  
"Gnathó, quid actum est?" — "dépilati omnés sumus".

EXCVRIARI, curia excludi. Varro Hippocyne (221):  
'Apollonium ideo excuriant, quia nihil habebat'.

PENSVM significat exaequatum, quod sine inclinatione  
sunt quae penduntur. Lucilius lib. XXVIII (25): 30  
nihil párvī ac pensi, uti litteras doceás lutum. ||

AQUA INTERCVS, hydropum morbus; quasi aqua inter 1  
cutem. Lucilius lib. XXVIII (27):

aquam te in ánimo habere intércutem.

M. Tullius de Officiis lib. III (92): 'siquis medi-  
camentum cuipiam dederit ad aquam intercutem'. 5

MALTAS veteres molles appellari voluerunt, a graeco,  
quasi μαλακούς. Lucilius lib. XXVII (38):  
ínsanum vocánt quem maltam ac féminam dici videt.

MONOGRAMMI dicti sunt homines macie pertenuēs ac  
decolores: tractum a pictura, quae priusquam coloribus 10  
corporatur, umbra fingitur. Lucilius lib. II (20):

vix vivo homini ac monogrammo.

et XXVII (39):

quae pietas? monográmmi quinque adducti pietatém vocant!

PORTORIVM dicitur merces quae portitoribus datur. 15

25 Dep.—raref.; 27 Exc.—excl.; 29—30 Pensum—pend.;  
6—7 Multas—malacus; 9—11 Mon.—fingitur; 15 Port.—datur.

22 XXVIII F<sup>s</sup> || 23 collareque || 26 nato: corr. Me. || 28 qua  
L<sup>1</sup> || 29 null. lemm. L || 31 ac] hoc On. (cf. 37. 25) || littera:  
corr. Gerlach. || 1 aquam || 4—5 cf. 345. 10 || 6 Multas CA DA ||  
7 malacus: μαλακούς ed. a. 1476 || 8 vident Turneb.: fort. lubet.

37. 88 M.

Lucilius lib. XXVII (20):

fācit idem quod illī qui inscriptum e pōrtu exportant  
clānculum,  
né portoriū dent.

INPERTIRE est participare et partem dare. Lucilius  
lib. XXVII (2):

20 quību' potest, inpértit.

Novius Decuma (11):

si ignótis inpertibis, fient fácius.

M. Tullius de Republica lib. V (10): 'quod molestiis  
senectutis suae vestras familias inpertire posset'. —  
25 et ad Hirtium lib. V (2): 'et quoniam, ut hoc tempus  
est, nihil habeo, patriae quod inpertiam'.

SEDVLVM significat sine dolo. Lucilius lib. XXVII (1):

salūtem fictis vērſibus Lucilius,  
quību' potest, inpértit totumque hóc studiose et sédulo.

M. Tullius de Finibus Bonorum et Malorum (III, 16):  
30 'sedulo, inquam, faciam; sed «fortuna fortis»: quare  
conare, quaeso'.

SCRIPTVRARIOS veteres, quos nunc tabularios || dici-  
1 mus, dici volunt, quod scripturis et commentariis omnia  
vel urbium vel provinciarum complecterentur. Lucilius  
lib. XXVI (16):

públicanus véro ut Asiae fíam [ut] scripturárius.

5 VERSIPELLES dicti sunt quolibet genere se conmutantes.

19 Inp.—dare; 26 Sed.—dolo; 32—2 Scripturarios—conpl.;  
5 Vers.—comm.

17 illi] i (?) *Mu.* || 18 portitorium *L* || 19 pariem *L*<sup>1</sup> ||  
19—20 *cf. v. 26; 308. 27* || 22 inpertibus (*imp.*): *corr. Me.* ||  
fient: *corr. Ribb.* || 24 vestris: *corr. Quich.* || 25 hoc *edd.*: ac  
26 Sedulo *edd.* || 26—28 *cf. v. 19; 308. 27* (*s. v. fingere, com-*  
*ponere*) || 27 factis *L* || 30 fortuna fortis *Cic.*: fortunatoris *F*<sup>3</sup>:  
fortunatoriis *L B*<sup>4</sup> || 1 voluerunt *Quich.* || 3—4 *cf. 351. 6* || 4 publi-  
canum *codd. h. l.* || ut *om. codd. 351*: aut *On.*

Lucilius lib. XXVI (64):

át libertinús Tricorius, Sýrus ipse ac mastígias,  
quícum versipéllis fio et quícum conmutó ómnia.

Plautus Amphitryone (123):

vérsipellem sé facit, quandó lubet.

10

CONBIBONES, conpotores, a bibendo dicti. Lucilius  
lib. XXVI (66):

quándouidem repérti magnis cónbibonum ex cópiis.

CAPITAL dictum est capitis periculum. Plautus Me-  
naechmis (92):

numquam hércle effugiet, tametsi capital fécerit.

Lucilius lib. XXVI (67):

15

fácile deridémur: scimus cápital esse iráscier.

CLANDESTINO est abscondite. Lucilius lib. XXVI (68):

át enim dicis, clándestino tíbi quod commissúm foret,  
neú muteires quídquam neu mystéria ecferrés foras.

IDIOTAS a graeco tractum, inutilis; quasi sibi tantum, 30  
non plurimis utiles. Lucilius lib. XXVI (32):

quídni et tu idem inlitteratum me átque idiotam díceres?

EXPIRARE dictum est vel ab spiritu effuso vel ab  
spiraminibus. Lucilius lib. III (66):

expirans animam pulmonibus aeger agebat.

25

11 Con.—dic.; 13 Cap.—per.; 17 Clamd.—absc.; 20—21  
Id.—utiles; 23—24 Exp.—spiram.

7 ac Scal.: ad || 9—10 cf. 41. 23 || 11 Conviviones (-vivones  
*L* ex corr.; tuetur Fisch) || 12 reperti *Mu.*<sup>1</sup>: repperi: res periit  
*Mu.*<sup>2</sup> || convivorum || 17—19 cf. 249. 14 (s. v. committere) || 19 ne  
mittiris (-res) *codd.* 249: neu mittere *codd. h. l.* || ecferret *L* ||  
20 -ta *Mu.* || 21 non t. non *L*<sup>1</sup> || 24—25 cf. 279. 25. fort.  
secludend. (cf. *Non. Marc.* p. 14) || 25 exalans *codd.* 279.

idem XXVI (59):

. . . . út, si eluviem fácere per ventrém velis,  
cúra ne omnibús distento córpore expirét viis.

ELIMINARE, extra limen eicere. Pacuvius Duloreste (134):  
30 úbi illic est? me míseram! quonam clánculum se elíminat?

Pomponius Concha (33):

1 vós || istic manéte: eliminábo extra aedis cóniugem.

Ennius Medea Exule (214):

antíqua erilis fída custos córporis,  
quid síc te extra aedis éxanimata elíminas?

5 Accius Meleagro (448):

timide elíminor,  
clámore simul átque nota vóx ad aures áccidit.

INCOXARE, in coxam sidere. Pomponius Pannuceatis (97):  
néque interim cacándi causa úmquam incoxaví nate.

10 CONDEPSERE, commiscere, a graeco tractum. Homerus  
Odysia (XII, 48):

κηρὸν δεψήσας μεληδέα.

Pomponius Nuptiis (86):

. partem insipui, cónclusi, condépsui.

29 Elim.—eicere; 8 Inc.—sid.; 10 Cond.—trac.

26—27 cf. 103. 27 (s. v. eluviem) || 28 cura ne *On.*: curare ||  
vis || 29—30 cf. 292. 30 || 30 ille *codd.* 292 || clanculum se el.  
*Both.*: clam clam el.: clamor el. *codd.* 292 || 31—1 cf. 292. 32 ||  
1 vus (*praec.* conca) *L* || isti (-tic) *codd.* 292 || maneteliminabo  
*codd. utrobique* || 3—5 cf. 292. 20 || 3 corporis *B<sup>A</sup>*: poris *L<sup>1</sup>* ||  
4 sit extra aed. examinata *codd. utrobique* || elimina *codd. h. l.*:  
-nat *codd.* 292 || 5—7 cf. 292. 25 || 6 timide liminor *L<sup>1</sup>* (*cum*  
*codd.* 292, -de vel -dae): tum ut eliminor *B<sup>A</sup>*: timida el. *Ribb.* ||  
7 ac nota *codd. h. l.*: agnota *codd.* 292 || 8 sedere *D<sup>A</sup>* (*Incoxare*  
*in coxam sedere index marg. in B<sup>A</sup>*) || 9 cacandi *L*: candida  
*B<sup>A</sup>* || fort. numquam || incoxamvi (-avi *L ex corr.*) || 10—11 cf.  
99. 12 || 11 δεψ. κηρ. *codd.* 99 || 13 patem *L<sup>1</sup>* || insipavi *Iun.* ||  
contusi *Hildebrand in Arnob. V, 29.*

VITUPERARE dictum est vitio dare, tamquam culpae vel displicentiae. Terentius in Andria (8):

15

nunc quám rem vitio dent, quaeso, animo adténdite.

et in sequentibus (15):

id isti vituperant factum.

lectum est autem et vitium dare (? Gell. XI, XIII, 10), hoc est unicuique rei culpam adplicare; sed hoc in 20 incertae auctoritatis scriptoribus invenitur.

ORDIRE est ponere, incipere. Accius Amphitryone (95):  
 "nón parvam rem ordibor." — "ne retice, obsecro."

Afranius Suspecta (319):

tamen ánimo ordire oportet misericórde, paula paululum. 25

PILARE dictum est, ut plumare, pilis vestiri. Afranius Conpitalibus (32):

praeterea nunc corpus meum pilare primum coépit.

Novius Exodio (19):

pati dum poterunt: ántequam pugae pilant.

30

POPVLARE significat populi amorem conciliare: unde populares dicti de uno populo amici. Pacuvius Chryse (79):

átque, ut promeruit, pater mihi pátriam populavit meam.

Terentius Phormione (35):

amicus summus meus et popularis Geta. ||

35

14—15 Vit.—displ.; 22 Ord.—inc.; 26 Pilare—vestiri; 31—32 Pop.—amici.

20 anplicare *L*: amplificare *B*<sup>4</sup> || 22 promere *Mu*: exponere *Quich*. || 23 parvolam *Both*: parvam iam *Mu*. || 25 a minimo *Bue*. (tamen a m. *Mu*.) || ordiri *L* || mis. *scripsi*: me (*pro me*, i. e. misericorde?): minime *Ribb*. || pausa paululum *Both*. || *fort*. 'tamen a minimo ordire oportet'. — 'minime; pausa paululum' || 33 mi *edd*.

- 1 RABERE dictum est a rabie. Varro, Idem Atti Quod Tetti (217):

quid ést? quid latras? quíd rabis? quid vís tibi?

Caecilius Hypobolimaéo Rastraria (89):

rabere se ait.

- 5 SVPERSEDERE, manere, perseverare, quasi in voluntate et consilio sedere. Turpilius Paedio (163):

ut ille hác sese abstinéret, ego supérsederem núptiis.

Plautus Epidico (39):

“supérsede istis rébu’ iam.” — “tu ipse, úbi lubet, finém face.”

- 10 Sisenna Hist. lib. IV (108): ‘de virtute eorum accusanda proloqui supersederunt’.

TINTINNIRE dicitur sonare: unde et tintinnacula sunt appellata. Afranius Vopisco (392):

tintinnire iánitoris ípedimenta aúdio.

- 15 Nigidius lib. XVIII (9): ‘itaque aere in Saliaribus adtanus «tintinat», id est: «sonat»’.

VERMINARI positum torqueri: a vermibus, quod facile se torqueant. Pomponius Hirnea Pappi (56):

“décimus mensis ést cum factum est.” — “íta fit, ita sempér solet:

- 20 décumo mense démum turgens vérminatur, párturit.”

CANATIM, SVATIM, BOVATIM, canum et suum et boum genere. Nigidius Commentariis Grammaticis (12): ‘sunt

---

1 Rab.—rab.; 5—6 Sup.—sederetur; 12—13 Tint.—app.; 17—18 Verm.—torqueant; 21—22 Can.—gen.

---

5 Sup., mittere, aspernari *Mu.* || 6 sedere *F<sup>3</sup> DA*: sidere *LB<sup>4</sup> CA* || 11 proloqui *L* || 12 Cintinnire *LD<sup>4</sup>* || tinam (-ani) tinacula *L<sup>1</sup>* || 15 aere in *S. Scal. MS.*, post *Ald.*: ex re in ins.: aereum *On.* || 16 id est s. *Nonio dant alii* || 20 demun || 21 Bomatim *L<sup>1</sup> CA DA* || 22 comnen *L<sup>1</sup>*: commento *BA* || grammo || Commentariis Grammaticis *edd.*

etiam adsimulanter dicta haec: canatim, suatim, bovatum; quae ab animalibus sumuntur'.

COSSIM dictum quasi coxim. Pomponius Porcaria (129):

. hóc sciunt omnes, quántum est qui cossím cacant. 25

INFABRE, foede; ut est adfabre, pulchre. Pacuvius Niptra (270):

barbáricam pestem súbinis nostris óptulit,  
nová figura fáctam, commissam ínfabre. ||

SAEPIVNT significat tenent, inpediunt: dictum a saepibus, 1  
quae obiectae iter cludunt; unde et circumseptum dicitur. Afranius Materteris (214):

perii! lácrimae linguam saépiunt.

STIGMATIAS veteres punctos in notis dici voluerunt. 5  
M. Tullius de Officiis lib. II (25): 'o miserum, qui fideliores et barbarum et stigmatiam putaret [quam coniugem]'

RESERARE, aperire: a sera dictum, qua remota valvae patefiunt. M. Tullius de Officiis lib. II (55): 'nec ita claudenda est res familiaris, ut eam benignitas aperire 10 non possit, nec ita reseranda, ut pateat omnibus'. Vergilius lib. VIII (243):

non secus ac siqua penitus vi terra dehiscens  
infernās reserat sedes.

ABVNDARE, supra modum aliquid esse. Vergilius Georgicorum lib. IV (139):

15

24 Coss.—cox.; 26 Infabre—pulchre; 1—3 Saep.—dic.;  
5 Stigm.—vol.; 8—9 Res.—pat.; 14 Ab.—esse.

23 adsimulanter *L* || 24 coxum *L* || 26—28 cf. 248. 21 (s. v. committere, effigiare) || 26 niptris *Ald.* || 27 subinis *Ribb.*: navibus *codd. h. l.*: sabinus *codd. 248* || optum *L* || 2 cludent *L* || unde eccet *L*<sup>1</sup>: unde haec (hec) et *C<sup>A</sup>D<sup>A</sup>* || vel *Circ.*: Circus Saeptum *Mu.* || 5 in *del. Me.* || 7 putare: (*corr. F*) || quam coniugem *om. L B<sup>A</sup>*: (*add. F, non improbante F<sup>3</sup>*) || 11 reserenda: (*corr. L<sup>2</sup> P E*) || 13 fides *L*<sup>1</sup> || 14 ali, adlescere *Mu.*

41. 42 M.

ergo apibus fetis idem atque examine multo  
primus abundare.

tractum ex amnibus qui, quotiens augentur imbribus  
maioribus, et crebris undis eriguntur. Vergilius I lib.  
Georgicorum (115):

20 praesertim incertis si mensibus amnis abundans  
exit.

TERGIVERSARI, fallere et dicta mutare. et est quasi  
tergum vertere; ut ait Plautus Amphitryone (123):  
. vërsipellem sé facit, quandó lubet.

M. Tullius de Officiis lib. III (118): 'tribus generi-  
25 bus, quo modo possunt, non incallide tergiversantur'.  
— *idem Tusculanarum lib. V* (81): 'itaque illam tergi-  
versari non sinent secumque rapiunt'.

PRUDENTIAM a providendo dictam dilucide ostendit  
M. Tullius in Hortensio (33): 'id enim est sapientis,  
30 providere; ex quo sapientia est appellata prudentia'.  
— et de Senectute (78): 'quid multa? sic mihi persuasi, ||  
1 sic sentio, cum tanta celeritas animorum sit, tanta memoria  
praeteritorum futurorumque prudentia'. — et de Repu-  
blica lib. VI (1): 'totam igitur expectas prudentiam huius  
rectoris, quae ipsum nomen hoc nacta est ex providendo'.

5 ADPENDIX dicitur quod alii est adiunctum, quasi ex  
alio pendeat. M. Tullius in Hortensio (96): 'vidit  
enim quod videndum fuit, adpendicem animi esse corpus  
nihilque esse in eo magnum'.

---

22—23 Terg.—vert.; 28 Prud.—dic.; 5—6 Adp.—pend.

---

16 tetis *L*<sup>1</sup> || 18 examinibus *L* || 18—19 aug. ex cr. im.,  
mai. und. er. *Mu.* || 20 (amn.) — 21 cf. 412. 11 || 23—24 cf. 38. 9 ||  
25 quoquo *Cic.* || 26 id. *Tusc. lib. add. Me.* || illa *F*<sup>s</sup> *B*<sup>4</sup>: om.  
*L*: eam *codd. Cic.* || 27 rapienti || 28 providendo *L* || 30 pro-  
dere *L* || 30—31 prudentia et *H*<sup>s</sup>: prudentiam et *F*<sup>s</sup>: pruden-  
tiae *L*<sup>1</sup>: prudentiae et *B*<sup>4</sup> || perversi *L*<sup>1</sup> || 2 futurorum om. *L*<sup>1</sup> ||  
prudentiae et *L* || 4 providendo *L*<sup>1</sup> || 5 ali est *L*<sup>1</sup> || 6 pendat *L*:  
pendens *Mu.*

CONVIVII proprietatem M. Tullius de Senectute demonstrat (45): 'bene enim maiores accubitionem epularem amicorum, quae vitae coniunctionem haberet, convivium nominaverunt'.

10

OCCATIONEM ab obcaecatis seminibus, qua id efficitur, dici M. Tullius voluit de Senectute (51): 'sparsum semen excepit, primum id obcaecatum cohibet: ex quo occatio, quae hoc efficit, nominata est'.

COAGMENTA dicta sunt coniunctiones artae et compares: a coagendo, id est stringendo; unde et coagulum dicitur. 15 M. Tullius de Senectute (72): 'vivundi est finis optimus, cum, integra mente certisque sensibus, opus ipsa suum eadem, quae coagmentavit, natura dissolvit'.

VERNILITER pro adulatorie: a vernis, quibus haec vendi ars est. Caecilius Venatore (131): 20 "credó." — "nimi' tandem hoc fít verniliter."

PECVNIOSORVM et LOCUPLETIVM proprietatem aperuit M. Tullius de Republica lib. II, a pecore pecuniosos et a possessionibus locorum locupletes appellatos adserens (16): 'multaeque dictione ovium et boum, quod tunc 25 erat res in pecore et || locorum possessionibus; ex quo 1 pecuniosi et locupletes vocabantur'.

VIRITIM dictum est separatim et per singulos viros. M. Tullius de Republica lib. II (26): 'ac primus agros, quos bello Romulus ceperat, divisit viritim civibus'. — 5

8—11 Conv.—eff.; 14—15 Coag.—dic.; 19—20 Vern.—est; 22 Pec.—aper.; 3 Vir.—viros.

8—9 (hab.) cf. 193. 28 || 9 quia B<sup>4</sup> (cum codd. Cic.): quasi codd. 193 || qua id ef. secl. Mu. || 12—13 (exc.) cf. 401. 13 || sem. excepit codd. 401 (cum Cic.): sem. cohibet (cf. v. 13) codd. h. l. || 18 agmentavit L<sup>1</sup>: augmentavit B<sup>4</sup>; (coaugmentavit L<sup>2</sup> H<sup>3</sup> ut vid.) || 19—43. 9 fort. post. 41. 4 collocand. (cf. 'Non. Marc.' p. 14) || 20 Venatore F<sup>3</sup> L<sup>1</sup>: -ri B<sup>4</sup>: Feneratore Spengel. || 21 vel troch. || hoc hercle f. Ribb. || 25 multaeque L: multaque B<sup>4</sup> || ditione L: dicione B<sup>4</sup>: (corr. P G<sup>1</sup>) || tum cod. Cic. || 4 primum cod. Cic.

43 M.

Plautus [in] Aulularia aliter, sub hac tamen significantia (108):

dividere argenti dīxit nummos in viros.

Varro de Vita Populi Romani lib. I: 'et extra urbem in regiones xxvi agros viritim liberis adtribuit'.

- 10 VERNAS veteres appellabant qui vere sacro fuerant nati; et habebatur nomen hoc pro vitabili maledicto.

Plautus Amphitryone (179):

hic, qui verna natus est, quaeritur.

Lucilius (inc. 80):

. . . . . vernam ac cercupithecon.

- 15 Plautus, qui supra (Amph. 1033):

cūm cruciatu tuo istaec hodie, verna, verba fūditas.

CONCINNARE est facere; ut Plautus Amphitryone (529):

lācrimantem ex abitū concinnas tú tuam uxorém . .

- sed proprietas verbi haec est, quod apud veteres  
20 cinnus potionis genus ex multis liquoribus confectum dici solet. recte autem concinnare et consentire intellegi potest, quasi concennare, ut multis diverse canentibus unus efficitur modus. Plautus Asinaria (216):

aúceps quando cócinnavit áream, obfundit cibum.

- 25 M. Tullius de Finibus Bonorum et Malorum lib. IV (60): 'cum is, cum quibus re concinebat, verbis dis-

---

10—11 Vern.—maled.; 17 Conc. est fac.

---

6 in B<sup>4</sup>: om. L || 10—11 fuerat niti L<sup>1</sup> || 12 hic qui B<sup>4</sup> (cum codd. Pl.): hic L || queritur edd. || 14 verna || 16 cruciatur || 18 lacrimante || concennas L<sup>1</sup> || 22 quasi (quas L<sup>1</sup>) concennare F<sup>3</sup> L<sup>1</sup>: quasi concinere B<sup>4</sup>: fort. q. concentare || 23 efficiatur Quich. || 23—24 post v. 18 transp. Quich.: secl. On. sed cf. 'Non. Marc.' p. 98 || 26 concinebatur his L: concinebatur verbis B<sup>4</sup>.

crepare'. — idem in Academicis, lib. I (fr. 2): 'qui, cum similitudine verbi concinere maxime sibi videretur'.

PAUPER TAS dicta est a pecunia parva. Varro de Vita Populi Romani lib. I: 'pecuniaque erat parva: ab eo 30 paupertas dicta. cuius paupertatis magnum || testimonium est'.

PANDERE Varro existimat ea causa dici, quod qui 1 ope indigerent et ad asylum Cereris confugissent panis daretur: pandere ergo quasi panem dare: et quod numquam fanum talibus clauderetur: de Vita Populi Romani lib. I: 'hanc deam Aelius putat esse Cererem; sed quod 5 in asylum qui confugisset panis daretur, esse nomen fictum a pane dando, pandere, quod est aperire'.

BLATIS et BLATERAS, confingis aut incondite et inaniter loqueris, ut a balatu. Plautus in Amphitryone (626): quí, malum, intellégere quisquam pótis est? ita nugás blatis. 10

idem in Aulularia (268):

úbi tu es, quae déblaterasti iám vicinis ómnibus?

PERCONTARI, diligenter inquirere. Plautus Amphitryone (710):

quí istuc in mente ést tibi, ex me, mí vir, percontárier?

et est proprietas verbi ab eo tracta quod vada in 15 fluminibus contis exquirunt.

29 Paup.—parva; 1—9 Pand.—bal.; 13 Perc.—inq.

27 I B<sup>4</sup>: II L || 27—28 quae cum: (corr. G): queicum Mu. || 28 fort. veri || maxime F<sup>3</sup> B<sup>4</sup>: om. L || 29—44. 7 fort. post 67. 27 collocand. (vid. 'Non. Marc.' p. 94) || 30 pecunia quia (?) Mu. || 31 paupertatis secl. Mu. || 2. 6 panis is d. Mu. || 4 tabulis L. || 5 Aelius Carrio ex cod. Elmonensi: melius (praec. m) || 6 confugissent ed. princ., sed cf. Class. Rev. XVI, 50 || 7 factum Popma. || hoc est L || 9 (post loqueris dimidius versus vacat in G., non in B<sup>4</sup> ut vid.): lacunam sign. edd.: aut a Graeco βλάξ add. On. || ut L<sup>1</sup> C<sup>4</sup> D<sup>4</sup>: aut B<sup>4</sup> || a bal.] ablatur L || 10 nugas F<sup>3</sup> B<sup>4</sup>: nagis L || 11 idem F<sup>3</sup>: om. L B<sup>4</sup> || 12 deblattavisti codd. Pl. || 14 mentemst docti ap. Plaut.

PRODIGIA dicta sunt porro adigenda. Plautus Amphitryone (739):

séd, mulier, postquam éxperrecta es, té prodigialí Iovi  
aút mola salsa hódie aut ture cónprecatam opórtuit.

- 20 CERRITI et LARVATI, male sani et aut Cereris ira aut  
larvarum incursatione animo vexati. Plautus Amphitryone  
(fr. VII):

"láruatu's." "édepol hominem míserum! medicum quaéritat."

idem qui sup̄ in Amphitryone (fr. XII):

"quaeso, ádvenienti mórbo medicarí iube." —

- 25 "tu certe aut laruatus es aut cerritus."

CALCITRONES, qui infestent calcibus. Plautus in Asinaria (391):

clamát, procul siquém videt || ire ád se calcitrónem.

- 1 Varro Sesqueulixe (479):

ítaque tunc ecúm mordacem, cálcitronem, hórridum  
míles acer nón vitabat.

- 5 VOTITVM veteres religione aliqua prohibitum vel inter-  
dictum dici voluerunt. Plautus in Asinaria (789):

nolo íllam habere cáusam et votitam dícere.

VERBERARE non solum a verberibus dictum est, sed et  
a verbis. Plautus in Aulularia (42):

nam cúr me miseram vérberas?

---

17 Prod.—adig.; 20—21 Cerr.—vex.; 26 Calc.—calcibus;  
4—5 Vot.—vol.; 7 Verb.—verb.

---

18 te *om. codd. Pl.* || 20—21 ut larbiarum *L*<sup>1</sup>: et laruarum  
*C<sup>4</sup> D<sup>4</sup>*: aut lar. *B<sup>4</sup>* || 21 cursatione *C<sup>4</sup> D<sup>4</sup>* || 22 quaerita *Acid.* ||  
23—24 *cf. 247. 7* (s. v. advenire, incipere) || 24 quasi *codd. h. l.* ||  
medicati iuvenem (iuvenem *G*) *codd. h. l.*: iube (-re) (*om. med.*)  
*codd. 247* || 25 es aut cerr. (ceteris *L*<sup>1</sup>): aut cerr. es *Acid.* ||  
26 infestant *B<sup>4</sup>* || 2 tunc *Roeper.*: tum || c. atque *h. Mu.* || 3 acer  
*Mu.*: ac vir.

CASSVM veteres inane posuerunt. et arbitrandum est 10  
eius verbi proprietatem magis ab araneorum cassibus dic-  
tam, quod sint leves ac nullius ponderis, non, ut quibus-  
dam videtur, quasi quassum. Plautus in Aulularia (191):  
virginem habeo grãndem, dote cãssam atque inlocãbilem.

Propriam corvorum vocem GROCCITVM veteres esse 15  
voluerunt. Plautus in Aulularia (625):  
simul radebat pãdibus terram et vóce groccibát sua.

SVBLEVIT significat inlusit et pro ridiculo habuit:  
tractum a genere ludi, quo dormientibus ora pinguntur.

Plautus in Aulularia (667):

20

Fidei censebam máximam multó fidem  
esse; éa sublevit ós mihi peníssume.

INVESTES dicuntur inpuberes, quibus propter teneram  
aetatem nulla pars corporis pilat. hoc et Aeneidos VIII  
videtur sensisse Vergilius (659):

25

aurea caesaries ollis atque aurea vestis.

sed melius intellegi potest investes appellatos quasi  
in Vesta, id est in pudicitia et [in] castitate.

INFERVM ab imo dictum; unde inferi quibus inferius  
nihil; idem quod infertur recte potest dici, || quidquid 1  
desuper mittitur. Varro Marci pore (270):

nubés aquali, frígido veló leves  
caeli cavernas aúreas obduxerant,  
aquám vomentes inferam mortálibus.

5

10—13 Cass.—quass.; 15—16 Propr.—voluerunt; 18—19  
Subl.—ping.; 23—24 Inv.—pilat; 29—2 Inf.—mitt.

11—12 dictum: (*corr. F<sup>2</sup> ut vid.*): ductam *Mu.* || 12 sint  
levis *LB<sup>4</sup>*: levis sint *CA DA* || 13—14 *cf. 340.26* || 18 Subl. Os  
(*seq. s*) *Quich.* || 22 ea *codd. Pl.*: a (*praec. e*) || 24 V (quinto)  
(*seq. vi-*) || 28 in (*alt.*) *BA*: om. *L* || 29 ab infimo *Quich.* || 1 idem q.  
i. *scripsi*: unde quod infertur *L CA DA*: unde infertur *B<sup>4</sup>*: vel quod  
infertur, unde inferum *Mu.* || 3 aequales *Scal.* || 4 aurea subduxe-  
rant: *corr. Bue.*: aureas subduxerant *Iun.* || 5 inferant: *corr. edd.*

SYRVS a graeco magis tractum est, ἀπὸ τοῦ σύρειν. has nos scopas, rustici eo nomine syrus vocant. Varro Marcipore (271):

- ventique frigidó se ab axe erúperant,  
 10 phrenétici septéntrionum fílii,  
 secúm ferentes tégulas, ramós, syrus.

EVIRARE dicitur virilitatem amittere et effeminare.

Varro Marcipore (275):

spatula évirávit ómnés Venerí vága puerós.

- 15 LVDIBRIA proprietatem trahunt a levi ac sine pondere et contemnendo aut, quod magis verum est, ludicro.

Vergilius lib. VI (74):

foliis tantum ne carmina manda,  
 ne turbata volent rapidis ludibria ventis.

- 20 FEBRIS proprietatem a fervitate morbi vel mali, ut a calendo calorem vel caldorem Varro Andabatis aperientem putat (33): 'idque alterum appellamus a calendo calorem, alterum a fervore febrim'.

VULPINARI dictum est fraudibus et mendaciis vera pervertere vel effugere: dictum ab incerto et intorto vulpium cursu. Varro Mysteriis (327):

- 25 vulpinare modo et concursa qualubet; erras.

6—7 Syr.—voc.; 12 Evir.—effem.; 15—16 Lud.—ludicro; 19—20 Febr.—caldorem; 22—24 Vulp.—cursu.

6 Syrus \* \* \* a gr. *Mu.* || 7 syrus *secl. Mu.* || 9 frigidó sabaxe (-os ab a.) *F<sup>3</sup> B<sup>4</sup>*: fricidos sabaxe *L<sup>1</sup>*: *corr. Iun.* || erumpebant (*pro* erumperant): *corr. Iun.* || 11 ramo *L* || 12 Evirari *Quich.* || virítatem *L* || ammitter (*sic*) *L<sup>1</sup>* || et effeminari: *corr. On.*: ecfeminari *Mu.* || 14 spatule: *corr. Mu.*: spatale *Iun.* || p. venerivaga *Vahlen. sed vid. Bue. (Rhein. Mus. XX, 427)* || 19 feruitate *F corr.*: ferítate *LB<sup>4</sup> C<sup>4</sup> D<sup>4</sup>*: ferviditate *Havet. (Arch. Lat. Lexik. I, p. 318)* || 20 vel candorem *L* || 21—22 ideoque (*Roth.*) alt. ápp. a cale. cáldorem | álterum etc. *Mu.* || 24 ab inrecto sed int.: *corr. Mu.*: a non recto sed int. *On.* || 25 errans *Popma.*: erro! *Mu.*

SVFFLATVM dicitur proprie tumidum, erectum et quasi vento quodam elatius factum. Varro Agathone (6):

neque aúro aut genere aut múltiplici sciéntia sufflatus quaerit Sócratis vestígia.

VESPERTILIO, animal volucre, biforme, || dictum quod 30 vespero se ad volatum proferat noctis. Varro Agathone 1 (13): 'quid multa? factus sum vespertilio; neque in muribus plane neque in volucribus sum'.

EXPORRECTVM, extantum: porrectum est enim tentum, id est, porro iactum. Varro Endymionibus (107): 5 'quare si in somnum reccideris et οὐδέποτε eris iterum exporrectus'.

IVGATVM, coniunctum: a iugo dictum. Cicero Tusculanarum lib. III (17): 'hoc quidem est commune virtutum; omnes enim inter se iugatae sunt'.

PRODIVS dictum interius, longius: a prodeundo, quasi 10 porro eundo. Varro Vergula Divina (574): 'primum venit in urbem atque intra muros; deinde accedit prodius atque introit domum, id est intra privatos muros'.

GRANARIA, loca in horreis, servandis seminum granis.

Varro Gerontodidascaleo (184):

15

vél decem messís ubi una saépíant granária.

26—27 Suffl.—fac.; 30—1 Vesp.—noc.; 4—5 Exp.—iác.; 7 Iug.—dic.; 10—11 Prod.—eundo; 14 Gran.—gran.

26 Sufflatim *C<sup>A</sup> D<sup>A</sup>* || erectum *Me.*: et rectum || 30 bitorme *L<sup>1</sup>* || 1 properat *L* || 5 actum *On.* || 6 quare si in *Iun.*: quae res in || somnium: *corr. ed. princ.* || αουρεποτε *L*: δδουρεποτε *B<sup>A</sup>*: *corr. Ald.*: ἐν ᾧδον (*Turneb.*) δηποτε *Mu.*: ἀωql ποτε *Bue.* || exporrectus *ed. á. 1476* || 8—9 i. s. nexae et iu. s. *Cic.* || 10. 12 Propius *Bue.* (*Rhein. Mus. XIII, 537*); *Ritsch. Opusc. IV, 763* || ulterius *Pohl. apud Ritsch.* || 12 mur. publicos, d. *Roeper.* || 13 id—muros *del. Popma*: *Nonio dant alii* || intra secl. *Mu.* || 16 mensis: *corr. Bue.*

TORCVLVM (quod usu torcular dico), quod intortum laticem vitis vel oleae exprimat. Varro Gerontodidascalo (185):

víneis ubi ámpla cella, tórculum respóndeat.

- 20 CINGILLVM, a cingendo: quod incingulum plerumque dicitur. Varro Gerontodidascalo (187): 'novos maritus tacitulus taxim uxoris solvebat cingillum'.

TVTILINA dea est, a tuendo dicta. Varro Hercules Tuam Fidem (216): 'non Tutilinam, quam ego ipse  
25 invoco, quod meae aures abs te obsidentur?'

TVTANVS deus, a tutando. Varro Hercules Tuam Fidem (213):

noctu Hállnibalis cúm fugavi exércitum, ||

- 1 Tutanus hoc Tutanûm Romae núncupor:  
hacprópter omnes, quí laborant, ínvocant.

SILICERNIVM pessime intellegentes ita posuisse Terentium (Ad. 587) putant, quod incurvitate silices cernat senex.  
5 silicernium est proprie convivium funebre, quod senibus exhibetur. Varro Meleagris (303): 'funus exequiatis laute ad sepulchrum antiquo more silicernium confecimus, id est *περὶ δειπνον*. quo pransi discedentes dicimus alius alii: vale'.

SVFFVNDA TVM dictum est subiectum: dictum a fundamentis. Varro *Ταφῆ Μενίππου* (524): 'antiqui nostri in

17—18 Torc.—expr.; 20—21 Cing.—dic.; 23 Tutil.—dic.;  
26 Tuta.—tut.; 3—6 Sil.—exhib.; 9 Suff.—fund.

17 dicunt *Mu.*: dici *On.* || 18 exprimant || 20 Cingulum *CA DA* || 22 taciturus: *corr. Me.* || uxosis *L*<sup>1</sup> || cingulum *ut vid. BA* || 24—25 ~ ~ ~ ~ nón Tú. etc. *Mu.* || 24 tutilam *L* || 1 tutatus (*Iun. mg.*) haec (*Mu.*, melius hoc) Tutanus (*Scal.*): T. ob tutandum *Ries.*: T. ob tutamen *On.* || 5 convivium *L* || 6 Varro *om. L*<sup>1</sup> || exiquiatis: exequiati *Bentin.* || 7 laude: *corr. Lips.* || 8 id—*περ. secl. Bue.* || quod pr. *On.*: a quo pr. *Bue.*: quo pasti *Mu.* || 9 menippus antiqui nostri in *F*<sup>8</sup>: menippu tantiqui nostrum (-um *BA*) *L*<sup>1</sup> *BA*: *Μενίππου*, ut antiqui n. in *Iun.*

domibus latericiis paululum modo lapidibus suffundatis, 10  
ut umorem ecfugerent, habitabant'.

EDONES et PHAGONES ab edacitate: unum latinum,  
aliud graecum. Varro *Ταφῇ Μενίππου* (529): 'εἰ  
ἐπάγουντο ἕως edones Romam, ut turba intendant an-  
nonam; sed propter phagones ficetulam pinguem aut tur- 15  
dum nisi volantem non video'.

ELIXVM, quidquid ex aqua mollitur vel decoquitur;  
nam lixam aquam veteres esse dixerunt. unde et lixæ  
dicti qui militibus aquam ad castra vel ad tentoria solent  
ferre. Varro *Ταφῇ Μενίππου* (531): 'in pavimento  
non audes facere laconam; at in humu calces facis elixos'. 20

PAROCHOS a graeco tractum est nomen, quod vehicula  
praebeat: *ὀχήματα* enim graece, latine vehicula appellantur.  
et est officii genus quod administrantibus paret. Varro  
Sesqueulixe (475): 'hic enim omnia erat: idem sacerdos,  
praetor, parocos, denique idem senatus, idem populus' 25  
[kaput]. ||

TROSSVLI dicti sunt torosuli. Varro Sesqueulixe (480): 1  
nunc emunt  
tróssuli nardó nitidi vulgo Áττικο talénto ecum.

12—13 Ed.—graec.; 16—19 El.—ferre; 21—23 Par.—par.;  
1 Tross.—torosuli.

10 lapiditus: *corr. Ald.* || 13 menippos (min. B<sup>4</sup>) *Φιαπασαν-  
τοισος* (-τοισος B<sup>4</sup>): *correxi*: sunt ἀπέραντοι *Mu.*: ψαμμανοσίους  
*On. post Me.* || 14 incendant *Me.* || 14—15 annona: *corr. Iun.* ||  
15 sed] et *Bue.* (fort. *Nonio dand.*) || 17 esse *om. Quich., Mu.* ||  
18—20 cf. 488. 8 (s. v. humu pro humo) || 20 fort. iacere lagoe-  
nam—iacis || caleos L<sup>1</sup>: calceos B<sup>4</sup> (*cum codd.* 488): *corr.*  
*Bue.* || 21 Paracos || 22 praebeat *Iun.*, sed *vid. On.* || *ὀχήματα*  
*Gul. Canterus*: hoc schemate (sce., seche.) || -lentur C<sup>4</sup> D<sup>4</sup> ||  
24—26 hic enim ómnia: | idém s. p. p. d., | idém sen., idém  
erat populí kaput *Mu.* || 25 paracos F<sup>s</sup> *ut vid. B<sup>4</sup>*: paratos L ||  
26 kaput (*post intervall. in L*) *seclusi* (*Philologus LV, 167*) ||  
1 (Trossuli equites romani dicti F<sup>3</sup> mg.).

PROBOSCIS graecum nomen est, dictum quod ante de-  
 5 pascat. et est porrecta corporis pars inhaerens naribus,  
 quae, excepto homine, in aliis animalibus invenitur.  
 Varro Sexagesi (490): 'invenisse se, cum dormire coe-  
 pisset tam glaber quam Socratis calvum, esse factum  
 ericium e pilis albis cum proboscide'.

10 CETARI genus est piscatorum quod maiores pisces  
 capit: dictum ab eo quod cete in mari maiora sunt pis-  
 cium genera. quod Vergilius (Aen. V, 822):

inmania cete.

Varro *Γνωθι Σεαυτόν* (209): 'non animadvertis  
 15 cetarios, cum videre volunt in mari thunnos, escendere  
 in malum alte, ut penitus per aquam perspiciant pisces?'

TONIMVS positum sonamus cum modo, a tono. Varro  
 Eumenidibus (132):

tibi týmpanón inánís sonitús Mátri' deûm

20 tonimus.

[TIBINOS, a tibiis modos. Varro Eumenidibus (132):

sonitus Matri' deûm

tonimus] tibi nos, tibi nunc semiviri.

DIRECTI dicti crucifixi, quasi ad diem erecti. Varro  
 25 Eumenidibus (133):

apage ín diirectum á domo nostra ístam insanitátem!

4—6 Prob.—inv.; 10—12 Cet.—gen.; 17 Tonimus—tono;  
 24 Dier.—erecti.

4 dicta *Quich.* || 6 alis: aliquis *Mu.* || 6—9 *cf.* 106. 15 (s. v. ericium) || 8 galbam *codd.* 106: calva *Mu., On.* || 12 a quo Verg. (*praec.* a) *Mu.* || 15 thunnas (tun.) sescedere *L* || 16 prospiciant (?) *Mu.* || 19—20 *cf.* v. 21 || 19 tympana non inanis sonitum (-tus *codd.* v. 21): *corr.* *On.* || typana *Herm. Elem. Metr. p. 506* || non inani sonitu *Bentin. (vel Ald.)* || 21—23 ton. *secl. Σ* || 23 t. modos ti. *Lachm. Opusc. 57:* t. tubam ti. *On.: fort. t. tibi ti.* || (t. n. s.) *cf.* 328. 15 || 25—26 *cf.* 122. 26 (s. v. insanitas) || 26 directum *L* || adsanitatē *L:* absanitatē *Nettl.*

PRAESEPIA non tantum quibus aut cantheri aut iumenta cetera aut veterina animalia pabulantur; sed et omnia loca clausa et tuta dicta praesepia. Vergilius Aeneidos lib. I (434):

aut agmine facto  
ignavum fucos pecus a praesepibus arcent. 30

Varro *Ὀνος λύρας* (349):

siquis melodinist † *Ὀνος λύρας*,  
praesépibus || se réțineat forénsibus. 1

SVBRIGERE significat susum erigere; quo verbo rustici utuntur, cum tritas fruges ad ventilandum in areis erigunt. Vergilius Aeneidos lib. IV (183):

tot linguae, totidem ora sonant, tot subrigit auris. 5

LINGVLACAE, locutuleiae, a procacitate linguae et loquendi proprietatem trahunt. Plautus in Casina (497):

. língulaca est . . ; nam numquám tacet.

FVRES significationem habere a furvo, quod Romani veteres atrum appellaverint et quod per obscuras atque 10 atras noctes oportuna sit eius mali effectio, eo dictos fures Varro Rerum Divinarum lib. XIV (100): 'furem ex eo dictum quod furvum atrum appellaverint et fures per obscuras noctes atque atras facilius furentur'. — Homerus (Il. III, 11):

*κλέπτῃ δέ τε νυκτὸς ἄμελνον.* 15

27—29 Praes.— praes.; 2—3 Subr.— erig.; 6—7 Ling.— trah.; 9—12 Fur.— fures.

27 cantheria (seq. a) || 28 veterina *F<sup>s</sup> CA DA*: vetera *LB<sup>A</sup>* || 29 tuta dicta *B<sup>A</sup>*: tuta vita dicta *rell.* || (georgicorum libro III *H<sup>s</sup> mg.*) || 33 *μελωδεῖν* scit nec est *Mu.*: *μ. δεινός ἐστ' Bue.* || fort. melodi nomine (nē) est *vel μελωδεῖν* insciust || 3 tritae *B<sup>A</sup>* || 3—4 erigunt *F<sup>s</sup> CA DA*: eriguntur (seq. Verg.) *LB<sup>A</sup>* || 6 a *om. L<sup>1</sup>* || 9 a furu *LC<sup>A</sup>* || 10 vet. furvum atr. *vir doct. ap. Quich.* || 11 eo *F<sup>s</sup> ut vid.*: *om. L<sup>1</sup>*: eos *B<sup>A</sup> CA DA* || dictus *L* || 12 Varro putat Rer. *Mu.* || 13 quod furum || 14—15 cf. 19. 10.

VENTORVM proprietates et vocabulorum significationes, in tractatibus nobilium philosophorum quaesitas, has aper-  
tissimas potuimus invenire. Eurum dictum ἀπὸ τῆς ἡοῦς  
ῥέοντα, quod flatus eius ab oriente sit hiemali. Austrum,  
20 qui graece Νότος dicitur, ab umore et nebula, quod νότος  
graece umor latina interpretatione dicatur ac sit is ventus  
sudoris effector, ut est Homeri (Il. XI, 811):

κατὰ δὲ νότιος ῥέεν ἰδρώς.

Circium, a turbine ac vertigine. Boream, hoc est  
Aquilonem, ἀπὸ τῆς βοῆς, quod sonorus sit et procellosus.

Homerus (Od. V, 296):

25 καὶ Βορέης αἰθρηγενέτης, μέγα κῦμα κυλλίνδων.

et in alio loco (Il. XIV, 394): ||

1 οὔτε θαλάσσης κῦμα τόσον βοᾶ ποτὶ χερσὸν,  
ποντόθεν ὀρνύμενον πνοιῇ Βορέω ἄλεγεινῇ.

PENI vel PENORIS (sic enim a plurimis declinatum est)  
proprietatem docti veteres hanc esse voluerunt, quod, quae  
5 in ea sunt, quasi penitus et in penetralibus recondantur. hoc  
et in antiquis libris et philosophorum tractatibus invenitur.

LAEVVM significari veteres putant quasi a levando.  
Vergilium quoque sub hac ostentatione posuisse voluerunt  
Georgicorum lib. IV (6):

siquem

10 numina laeva sinunt auditque vocatus Apollo.

Ennius Annali lib. III (154):

olim de caelo laevum dedit inclytu' signum.

---

16—24 Vent.—Homerus; 4—7 Pietatem docti—levando.

---

20 dictus (corr. *H<sup>s</sup> F*) || notis (*i. e. νοτις*) *codd. Gell. II, xxii, 14* || 21 graece *del. Mu.* || sit] ut *L<sup>1</sup>* || 3 post PENI (*sic*), quod cum Graecis versibus conflatum est (corr. *H<sup>s</sup>*), lacunam sign. *B<sup>4</sup>*: Peni, Penus vel Penoris *Me.* || 4 proprietatem *Me.*: Pietatem (*init. lemmatis*) || dicti *L* || 5 recordatur *L<sup>CA</sup> D<sup>A</sup>* || 8—10 cf. 331. 20 || 8 haec *L<sup>1</sup>* || 12 inclytus *F<sup>s</sup> B<sup>4</sup>*: inlitlytus *L.*

RVDENTES ea causa sapientissimi dictos volunt, quod funes, cum vento verberentur, rudere existimentur; atque hunc sonum proprium funium, non asinorum putant. 15

INFESTI proprietatem hanc esse Nigidius (47) voluit, quasi nimium festinantis ad scelus vel ad fraudem.

MATVRARE non, uti consuetudo est, properare dicendum est, sed cum modo studium adhibere festinum: a maturitate dictum, quae ratione naturae modificatione 20 quadam nec praecipitatur, ne praecox quid fiat, neque differtur, ne senio dissolvatur. Vergilius Georgicorum lib. I (259):

frigidus agricolam siquando continet imber,  
multa, forent quae mox caelo properanda sereno,  
maturare datur. 25

LICTORIS proprietatem a ligando dictam vetustas putat: ita enim carnificis officium antiquitus fungebatur. M. Tullius pro Rabirio (13): 'lictor', inquit, 'conliga manus'. ||

SORORIS appellationem veteres eliganti interpretatione 1 posuerunt; itaque maxime iuris scriptores exprimendam putaverunt. Antistius Labeo (ad edict. pr. urb. 2): 'soror', inquit, 'appellata est quod quasi seorsum nascitur separaturque ab ea domo in qua nata est'.

LUES a rebus solvendis proposita. Licinius Macer 5 Annalibus lib. II (21): 'nequaquam sui lavandi reluant arma lue'.

HVMANITATEM non solum, uti nunc consuetudine persuasum est, de benivolentia, dexteritate quoque et comitate

13—22 Rud.—dissolvatur; 26—27 Lictoris—fung.; 1—5 Sor.—proposita; 7—11 Hum.—sit.

14 rudere *F*<sup>3</sup>: budere *L*<sup>1</sup>: ludere *B*<sup>4</sup> *C*<sup>4</sup> *D*<sup>4</sup> || 19 commodum *D*<sup>4</sup> || 20 mature *L* || 23 agricola *L* || 24 mala *L*<sup>1</sup> || 26 ductam *Mu.* || 27 is enim *Mu.* || 5 Lues tebus *L*<sup>1</sup> || luendis id est solvendis *Mu.* || posita *Mu.*: fort. proprie pos. || 6 lavadi *L*: levandi *Mu.* || 8 dexteritatem || communitatem: et comitate *Bentin.*

52. 53 M.

- veteres dicendam putaverunt, quam Graeci *φιλανθρωπίαν* vocant; sed honestorum studiorum et artium adpetitum,  
 10 quod nulli animantium generi absque hominibus concessa sit. Varro Rerum Humanarum [lib.] I: 'Praxiteles, qui propter artificium egregium nemini est paululum modo humaniori . . '

- ADOR, frumenti genus, quod epulis et immolationibus  
 15 sacris pium putatur; unde et adorare, propitiare religiones, potest dictum videri. Varro de Re Rustica lib. I (9. 4): 'in loco umidiore far adorem potius serunt quam triticum'. — Vergilius lib. VII (109):

et adorea liba per herbam

subiciunt epulis.

- 20 FACIEM, totius corporis formam, *πρόσωπον*, id est os, posuit antiquitas prudens. ut ab aspectu species et a fingendo figura, ita a factura corporis facies. Plautus Poenulo (1111):

"sed eárum nutrix quá sit facie mi expedi."

"statura non magna, corpore aquilino." — "ipsa est."

- 25 Pacuvius Niptra (253):

aetate íntegra,

feróci ingenio, fácie procerá . . ||

- 1 Sallustius Historiarum lib. II (2): 'Sardinia in Africo mari, facie vestigii humani, in occidentem quam in orientem latior'.

7—11 Hum.—sit; 14—16 Ador—vid.; 20—22 Fac.—facies.

9 et artiorum *CA DA* || 10 concessus *edd.* || 11 primo *L*<sup>1</sup>: lib. I *BA* || 12 paulum *codd. Gell. XIII, xvii, 3* || 13 humanior: humaniori ignotus *Gell.* || 14—19 *fort. post 61. 9 collocand.* (*cf. 'Non. Marc.' p. 94*) || 15 pium] *fort. proprium* || propitiari *F*<sup>3</sup>: propitiore *L*<sup>1</sup>: pro piare *On.* || 17 umidiore *cod. Varr.*: umido sed || 20 *πρόσωπον vel προσονον: fort. non (ñ) πρόσωπον* || 24 non (*om. L*<sup>1</sup>) *etiam codd. Gell. XIII, xxx, 6* || aquilost (-o est) *codd. Gell.* || est *etiam codd. Gell.* || 27 pr. virum *Gell.* || 2—3 in orientem quam in occidentem *Gell.*

VESTIBVLA quidam putant sub ea proprietate distincta, quod in primis ingressibus et in spatiis domorum Vestae, hoc est arae ac foci, soleant haberi. sed sive sic intel- 5 legi debent *sive* non, abhorret a vocabuli proprio. invenitur etiam apud veteres doctos vestibula ob eam significantiam dicta, quod in his locis, ad salutandos dominos domorum quicumque venissent, stare solerent, dum introeundi daretur copia; atque ob hanc consitionem 10 et quasi stabulationem primos ingressus domorum vestibula nominatos. Cicero in Oratore (50): 'vestibula nimirum honesta aditusque ad causam faciet'.

BIDENTES qui aestimant ob eam causam oves a Vergilio dictas, quod duos dentes habeant, pessime ac vitiose intel- legunt. nam nec duos dentes habent, et hoc quidem et 15 genus monstri est. et melius intellegi potest, si biennis dixerit. auctoritatem Pomponius in Atellana (51):

Mars, tibi voveo facturum, si umquam redierit,  
bidenti verre.

Laberius in Paupertate (69):

20

visus hac noctu bidenti  
propter viam facere.

et Nigidius Figulus (81) dicit bidental vocari, quod bimae pecudes inmolentur.

3—12 Vest.—nom.; 13—17 Bid.—auct.

5 hoc est *secl. Mu.* || *fort.* sed si vere sic || 6 sive *alt. ad-*  
*didi* || vocabulo *D<sup>A</sup>* || 7 etiam] *fort.* enim || dictos *L<sup>1</sup>* || 9 venisset:  
(*corr. H<sup>3</sup> F<sup>2</sup>*) || solerent *Quich.*: soleant || 10 dum *Me.*: cum ||  
copia quae *L<sup>1</sup>* || consitionem (-sict- *L<sup>1</sup>*): consitionem *edd.* (*ex*  
*Gell. XVI, v, 10*) || 12 faciem (-em *pro ē, i. e. et*) || 13 quia  
*L<sup>1</sup>* (*seq. a*) || 16—17 si biennis dixerit auctoritate antiquitatis.  
*Pomp. On.*: si biennis quasi biennis dixeris auctoritate. *Pomp.*  
*Mu.* || 17 auctoritate *B<sup>A</sup>* || *Pomponii ed. a. 1476* || 21 ac nocte:  
*corr. Quich.* || bidentis: *corr. Ribb.*

- 25 IUGERI proprietatem Varro designat, de Re Rustica I (10.1): 'in agro Romano ac Latino iugeris. iugum vocant quod iuncti boves uno die exarare possint'.

FAENVUS ab eo dictum est quod pecuniam pariat ||  
1 increscentem tempore, quasi fetus aut fetura; nam et graece τόκος dicitur ἀπὸ τοῦ τίκτειν, quod est parere. Varro lib. III de Latino Sermonem (62): 'fenus autem dictum a fetu et quasi fetura quadam pecuniae'. — nam et  
5 Catonem et ceteros antiquiores sine a littera faenus pronuntiasse contendit, ut fetus et fecunditas.

RECEPTIVUM servum quidam ab ea proprietate dictum volunt, ut, si nequam et nihili sit qui venundatus ob aliquod vitium aut malefactum a distractore recipiatur. sed vera haec est eius nominis interpretatio: quem in data dote aut donatione quis exceperit, quod est proprie re-  
10 ceperit. Plautus Trinummus (194):

posticulum hoc recépit, cum aedis vëndidit.

Cato (Orat. 32,1): 'mulier et magnam dotem dat et magnam pecuniam retinet. ex ea igitur re familiari, ex qua sibi dote data retinuit, pecuniam a viro forte  
15 irata repetere instituit. adponit ei flagitatorem receptivum'. hoc est proprium, suum, quem cum reliqua pecunia receperat nec dederat doti, set exceperat. —

---

25—2 Iug.—parere; 6—10 Rec.—receperit.

---

25—27 fort. post 61.9 collocand. (cf. 'Non. Marc.' p. 94) ||  
26 iugerum edd. sed vide Heldrich. || 1 increscenti: corr. Quich. ||  
4 fetura quadam F<sup>3</sup>: -ram quamdam (quand.) L B A || 5 a om. L ||  
paenus L || pronuntias L<sup>1</sup> || 6 Receptivum C A D A || pro-  
prieta L<sup>1</sup> || 7 et om. L<sup>1</sup> || nihil || v. est ob Mu. || 8 aut] ut L<sup>1</sup> ||  
districtore L || 10—11 cf. 384.12 || 11 recipit codd. h. l.: (corr. F<sup>1</sup>) ||  
13 pecuniam recipit, hoc est et magnam dotem dat et magnam pecuniam retinet codd. aliquot Gell. XVII, VI, 8 ||  
14 ex qua] quam (ex del.) Mu. || retinuit, pecuniam viro mu-  
tuum dat, eam pecuniam Gell. || 15 flagitorem L || fl. servum  
rec. Gell. || 16 cum F<sup>3</sup>: om. L B A.

Cicero de Oratore in lib. II (226): 'sed dicis te cum aedis venderes ne in rutis quidem et caessis solum tibi paternum recepisse'.

SITICINES. ut liticines a lituo, ut tubicines a tuba, 20 ita siticines, qui aput funeratos vel vita functos et sepultos, hoc est iam sitos, canere soliti erant honoris causa cantus lamentabilis. hoc in libris Coniectaneis Atei Capitonis invenitur et Cato (Orat. 69) id vocabulum indubitanter adposuit.

IVMENTVM a iungendo veteres dictum putant, g littera 25 in eo nomine adtrita. nam et vectabulum || dicunt, 1 quod nunc vehiculum dicitur.

ARCERA plaustrum est rusticum tectum undique, quasi arca. hoc vocabulum et aput Varronem et aput M. Tullium invenitur. hoc autem vehiculi genere senes et aegroti 5 vectari solent. Varro Gerontodidascalo (188): 'vehebatur cum uxore vehiculo semel aut bis anno, cum arceram, si non vellet, non sterneret'.

TROPEI significantiam propriam Varro Bimarco ostendit (61): 'ideo fuga hostium graece vocatur τροπή. hinc spolia capta, fixa in stipitibus, appellantur tropea'. 10

LVXVM, id est vulsum et loco motum, quod nunc luxari ignari latine dicimus. inde luxuria, quia a recta vivendi via sit exclusa et eiecta.

COLINAM veteres coquinam dixerunt, non ut nunc vulgus putat. Varro Modio (315): 'et hoc interest inter Epi-

---

20—25 Siticines—putant; 3—6 Arcera—solent; 8—14 Trop.—putat.

---

17—19 cf. 164. 6; 384. 15 || 17 in om. edd. || 18 solum H<sup>s</sup> (cum codd. 164, 384): obum (praec. s) rell.: solium codd. Cic. || 20—24 post 55. 7 collocand. videntur (cf. 'Non. Marc.' p. 15) || 20 litu L<sup>1</sup> || 21 ista L<sup>1</sup> || 23 Coniectaneorum Quich. || 1 dictum Mu. || 6 solebant Quich. (ex Gell.) || 7 in anno ed. a. 1476 || 7—8 cum arcera B<sup>4</sup>: cum macera L || 12 luxatum Quich. || a om. L<sup>1</sup> C<sup>4</sup> D<sup>4</sup> || 14 Colinam L B<sup>4</sup>: Culinam F<sup>s</sup> C<sup>4</sup> D<sup>4</sup> || v. d., n. coq. Lips.

55. 56 M.

- 15 curum et ganeones nostros, quibus modulus est vitae  
culina'. — Plautus *Mostellaria* (1):

exi é culina, sís, foras, mastígia,  
qui mi ínter patinas éxhibes argútias.

- Varro de Vita Populi Romani lib. I: 'qua fini sit  
20 antica et postica. in postica parte erat culina, dicta ab  
eo quod ibi colebant ignem. locupletiorum domus quam  
fuerint angustis paupertinis coactae, ipsa nomina declarant'.

- MODESTVM, a modico, hoc est a moderato, positum.  
Varro Modio (321): 'non eos optume vixisse qui diu-  
25 tissime vixent, sed qui modestissime'. id est modice.

- INFANS a non fando dictus est. Cicero in Oratore  
1 (56): || 'nam et infantes actionis saepe fructum tulerunt'.  
— et est quod aut dici non debeat aut fari non possit;  
nam et infantes usque eo appellandi sunt, donec coe-  
perint fari. Lucilius lib. XIX (5):

- 5 ut pueri infantes faciunt mulierculam honestam.

et XV (7):

ut pueri infantes credunt signa omnia aena  
vivere et esse homines.

- Vergilius *Aeneidos* lib. II (3):  
10 infandum, regina, iubes renovare dolorem.

Varro *Ὀνος λύρας* (367): 'voces Amphionem tragoe-  
dum, iubeas Amphionis agere partis; infantior est quam  
meus est mulio'.

---

23 Mod.—pos.; 26 Inf.—est.

---

15—16 cf. 119. 7 (s. v. ganeones) || 16—18 cf. 239. 16 ||  
20 erant B<sup>4</sup> || culina L: colina B<sup>4</sup> || 21 vel l. (?) Mu. ||  
24 vixisse edd.: dixisse || 25 id est mod. secl. Mu. || 4 Lucilius  
Iun.: Curius || 7 ut *Lactantius Inst. I, xxii, 13*: et || 11—12  
trogoedum L: secl. On. || 12 infantior est On.: infantiore (-em  
pro ē, i. e. est) || vocés trag., iúbeas ag. Amphíonis | partis,  
infantiórem quam meus múliost Mu. (meust mulio Roeper.).

Accius Athamante (189):

priu' quam infans facinus oculi vescuñtúr tui.

Varro Eumenidibus (122):

15

postrémo nemo aegrótus quicquam sómniat  
tam infándum, quod non áliquis dicat philosophs.

Cicero de Oratore lib. III (142): 'modo hoc constet,  
neque infantiam eius qui rem noverit, sed eam explicare  
dicendo non queat, neque inscitiam illius cui res non 20  
subpetat, verba non desint, esse laudandam'.

SARCINATRICIS, non, ut quidam volunt, sarcitricis,  
quasi a sarciendo, sed magis a sarcinis, quod plurimum  
vestium sumant. Varro "Ὀνος λύρας (363): 'homines  
rusticos in vindemia incondita cantare, sarcinatricis in 25  
machinis'.

PETAURISTAE a veteribus dicebantur qui saltibus vel  
schemis levioribus moverentur: et haec proprietas a graeca  
nominatione descendit, ἀπὸ τοῦ πεταῦσαι. Varro Epistula  
ad Caesarem: 'convocat Ptolomaeum cinaedologon, Niconā  
petauristen, Diona aulopoion'. — idem de Vita Populi 30  
Romani lib. II: 'nec minus alio in genere sunt ludi  
vellites Galli, Germani petauristae'. ||

CVRIAM a cura dictam Varro designat de Vita Populi 1  
Romani lib. II: 'itaque propter curam locus quoque,  
quo suam quisque domo senator confert, curia appellatur'.

---

22—24 Sarc.—sumant; 26—28 Pet.—πετ.; 1—18 Cur.—collig.

---

13—14 cf. 416. 13 (s. v. vsci) || 14 infantis B4: infortis L: infans codd. 416 || vsciuntur F<sup>s</sup> B4: vsciuntur L: vescuñtúr codd. 416 || 16 quicquam somniat an quicquam somniat: corr. ed. princ. (fueratne in archetypo quisquam corr. in mg. quicquam?) || 20 scitiam || 21 suppeditat F<sup>s</sup>: subpedit at L<sup>1</sup>: subpediat (supp.) at B<sup>4</sup> || 24 vestitum Mu. || suant Gulielm. || 27 schenis B<sup>4</sup> || 29 cinedo loco (seq. n): corr. Iun. || 32 vellitis F<sup>s</sup> B4: vellidis L || 3 domum: corr. Me. || curiam appellat: corr. Popma || fort. locum . . . curiam appellat (vel -ant).

LEGIONVM proprietatem a dilectu militum Varro de  
 5 Vita Populi Romani lib. III dictam interpretatur: 'tum  
 appellatus est dilectus, et ab electione legio. ab hac  
 supervacaneorum consuetudine adscribuntur'.

ASSAS nutrices difficilis multi existimant intellectus.  
 at vero acri intentione potuimus indagare ob eam pro-  
 10 prietatem officii eo nomine nuncupari, quod assint his  
 quos nutriant nec vel exiguo divellantur: unde asseculas,  
 ab eo quod assint et omnibus iussis dominorum praesto  
 sint, esse vocitatos.

ENIXAE dicuntur feminae nitendi, hoc est conandi et  
 dolendi, labore perfunctae: a Nixis, quae religionum genera  
 15 parientibus praesunt. sed elegantior intellectus, ut ex hoc  
 dictae esse credantur, quod vinculis quibusdam periculi,  
 quibus implicarentur, fuerint exsolutae: nexum enim dici-  
 mus aptum et conligatum. Plautus in Amphitryone id  
 probat dicens (488):

uno ut labore exsolveret aerumnas duas.

20 REMVL CARE dictum quasi molli et leni tractu ad pro-  
 gressum mulcere. Sisenna Histor. lib. I (9): 'siqua  
 celeriter solvi poterat, in altum remulco retrahit'.

CONGENVLARE est genu replicato cadere. Sisenna  
 Historiarum lib. III (33): 'multi, plagis adversis icti

1—18 Cur.—colligatum; 20—21 Remulcare—mulcere;  
 23 Cong.—cad.

4 mitum *L*<sup>1</sup> || 5 dictas *L*<sup>1</sup> || 6 ab el. et *Mu.* || 7 super-  
 vacuaneorum || adscriptivi *Me. in Corrigendis* || 8 difficili *L*<sup>1</sup> ||  
 9 indicare *L*<sup>1</sup> || ob eam *om. L*<sup>1</sup> || 11 u. et ass. *Mu.* || 14 per-  
 fructae *L* || a Nixis quae *Lips.*: mixisque: vel a N. quae *Quich.* ||  
 15 parietibus *LCAD*<sup>4</sup> || 17 exsolae *L*<sup>1</sup> || enixum (*praec. e*)  
*CAD*<sup>4</sup> (*cum H*<sup>2</sup>) || 18 actum: *corr. Mu.* || 19 uno ulabore *L*<sup>1</sup>:  
 uno labore *B*<sup>4</sup>: (*corr. L*<sup>2</sup>) || exsolvere aerumnas *L*<sup>1</sup> || *fort.* uno  
 lab. exsolvere aer.: uno ut labore absolvat aer. *codā. Pl.* (uno  
 lab. absolvet aer. *Goetz. et Schoell.*) || 20 Remulco Trahere *Quich.*:  
 Remulco *On.* || 21 I *F*<sup>3</sup> *B*<sup>4</sup> ut *vid.* (*HE*; *om. P*): II *L* (*cum G*):  
*fort.* III (*Rhein. Mus. LVII, 203*) || siqua *F*<sup>3</sup>: siquae *LB*<sup>4</sup> ||  
 22 remulco retrahit *L*<sup>1</sup>: remulcare trahit *B*<sup>4</sup> || 23 Congenulare.

et congenulati, Romanis praecipitatis ipsi supra voluti in 25  
caput'. ||

AGILEM, celerem, ab agendo. Sisenna Historiarum 1  
lib. III (14): 'agilem dari facilemque victoriam neque  
fossas aut vallum remoratum'.

EXPEDITI et INPEDITI ex una proprietate habent voca-  
buli causam, aut exolutis pedibus aut inligatis. Sisenna 5  
Histor. lib. IV (73): 'inermos armati, impeditos expediti  
sine ullo suorum vulnere cunctos interficiunt'.

TESTVDINES sunt loca in aedificiis camerata, ad simi-  
litudinem aquatilium testudinum, quae duris tergoribus  
sunt et incurvis. Vergilius Aeneidos lib. I (505): 10  
in foribus divae, media testudine templi.

Sisenna Historiarum lib. IV (52): 'Gaius Titinius  
quidam, cui minus proprietas mentis ab natura tradita  
videretur, primo ante testudinem constitit; deinde aput  
consulem causam atque excusationem praeferre coepit'. 15

INSINVARE est inmitti, quasi sinu accipi. Sisenna  
Historiarum lib. IV (68): 'agmen perturbatum pedites  
insinuant ac loco conmovent'.

ADOLERE verbum est proprie sacra reddentium, quod  
significat votis vel supplicationibus numen auctius facere;  
ut est in isdem: macte esto. et intellegi debet ab eo 20  
quod est adolevit, id est crevit, et adultum, quod est

---

1 Ag.—ag.; 4—5 Exp.—inlig.; 8—10 Test.—incurvis;  
16 Ins.—accipi; 18—23 Adol.—propr.

---

25 congenulati || ipsis (seq. s): (corr. F) || volvit: corr.  
Bentin.: volvi Passerat. || 1 Ailem melerem L<sup>1</sup> || 3 remoraturum  
Me., sed vid. On. || 6 armat (seq. i): corr. Iun. || 8 a L<sup>1</sup> || 11 in]  
tum Verg. || 13 sobrietas Mu. || mentis Iun.: menis || 15 pro-  
ferre Roth. || 16 Insinuare D<sup>4</sup>: -ri LB<sup>4</sup> C<sup>4</sup> (Insinuari quasi in  
sinum accipi index marg. in B<sup>4</sup> et gl.) || 17 loco movent Mu. ||  
18 est om. L<sup>1</sup> || 19 facere] fieri codd. Placid. ad Stat. Theb. I, 514.

58. 59 M.

auctum et aucta aetate aut aliqua causa maius solito factum, ducere proprietatem. Vergilius Aeneidos lib. I (704):  
cura penum struere et flammis adolere penates.

25 idem in VII (71):

adolet cum altaria taedis;

et in Bucolicis (VIII, 65):

verbenasque adole pinguis et mascula tura;

quod est: adde, cumula; et Georgicorum lib. IV (379):

30 Panchaeis adlescunt ignibus arae.

1 ACCENSI genus militiae est administrantibus || proximum. Varro Rerum Humanarum lib. XX: 'ut consules ac praetores qui secuntur in castra accensi dicti, quod ad necessarias res saepius acciantur, velut accensiti'. — quos nunc dicimus, deputati.

5 NEFARII proprietatem in lib. I de Vita Populi Romani Varro patefecit: 'a farre; quod adorem est, id quo scelerati uti non debeant, non triticum, sed far'. — hoc quoque idem adsignificat, quod qui indigni sunt qui vivant nefarii vocantur.

ADOREVM quoque ab eo dictum putat quod cibi ora,  
10 id est principium, sit far.

---

18—23 Adol.—propr.; 1—2 Acc.—prox.; 5—17 Nef.—sua.

---

22 et aut aet. Lips. || 23—24 cf. 247. 36 || 25—26 cf. 247. 39; 440. 8 || 26 adoletque alt. B<sup>4</sup> || 27—28 cf. 247. 33 || 29 fort. accumula (vide Placid. ad Stat. Theb. I, 514 ergo adolere accumulare) || 2 Rer. Hum. Scal.: Rhetoricorum (reth.) || 4 fort. adiciantur (vide Paul. 18 [= 13. 33 Th.] accensi . . dicti ita, quia ad census adiciebantur) || accensiti L: accersiti B<sup>4</sup> || 6 patefecit F<sup>3</sup> C<sup>4</sup> D<sup>4</sup>: patefacit L B<sup>4</sup> || a farre Nonio dat Mu. || adhorreum L<sup>1</sup>: ad reum C<sup>4</sup> || id quo On.: quo F<sup>3</sup> ex in quo ut vid.: quo D<sup>4</sup>: in quo L<sup>1</sup> B<sup>4</sup> C<sup>4</sup> (erat in archetypo iquo) || 8 vocentur Mu. || 9 Adhorreum L<sup>1</sup>.

PROPIIVM dicitur prorsus pium aut proprie pium; ut apud Terentium in Adelphis (31):

... quam ea quae parentis propitii;

aut certe porro pium, quod est vehementer et valde; ut apud eundem Terentium in prologo Andriae (22):

15

dehinc ut quiescant, porro moneo, et desinant maledicere, malefacta ne noscant sua.

INPANCERARE est invadere: verbum a graeco tractum, quasi  $\pi\alpha\nu\ \kappa\epsilon\acute{\iota}\alpha\varsigma$  consumere. Varro (587): 'ecclesia in regiam arcam inpancerarunt'.

20

MANSVETVM dictum est quasi manu aduetum, quod omnia, quae sunt natura fera, manuum permulsione mitescant. unde Vergilius Georgicorum lib. III (186):  
et plausae sonitum cervicis amare.

et Aen. lib. VII (490):

25

ille manu patiens;

quoniam supra dixerat (489):

pectebatque ferum puroque in fonte lavabat.

CINNVS est conmixtio plurimorum; unde et concinnare dicitur. Cicero in Oratore (21): 'est autem quidam interiectus inter hos medius et quasi temperatus, nec acumine posteriorum nec flumine || utens superiorum, ut cinnus amborum, neutro excellens, utriusque particeps vel utriusque, si verum quaerimus, potius experts'.

5—17 Nef.—sua; 18—19 Inp.—cons.; 21—23 Mans.—mitesc.; 29—30 Cinn.—dic.

12—13 cf. 463. 10 || 13 quam ut ea *codd.* 463: quam illa *codd.* Ter. || 13—14 propiti aut  $F^s C^d D^d$ : propiciat ut  $L^1$ : propitiat aut  $B^d$  || 14 porro] pro  $L^1$  || ut *om.*  $L$  || 15 Ter. *secl. Mu.* || 19 ecclesiam: *correxi*: hercules iam Bue., Vahlen.: eccos iam vel ecce iam *Mu.* || 22 permultione || 22—23 mitescant  $C^d D^d$  || 26 manum *codd. Verg.* || 27—28 cf. 307. 23 || 32—1 ut c.] vicinus  $L^1$  (*cum codd. Cic.*) || 1 in n. *codd. Cic.* || 2 potius *om. L.*

ENVCLEATE dicitur purgate, exquisite et sine asperitate aut duritia: ab eo quod nucibus separatis, id est testis, 5 nucleorum utilis usus habeatur. Cicero in Oratore (28): 'modo id eleganter enucleateque faciat, eum solum attice dicere'. — idem Tusculanarum lib. IV (33): 'habes ea quae de perturbationibus enucleate disputant'.

RVTVNDVM a rota dictum est vel rota a rutundo. et est rutundum collectum et per omnem circuitum sine 10 offensione asperi aut anguli leve. quam significantiam Cicero in Oratore etiam ad humani ingenii transtulit formam (40): 'Theodectes autem praefracrior nec satis, ut ita dicam, rutundus: primus instituit dilatare verbis'.

RABVLA a rabie dictus est: quem nunc advocatum vel causarum patronum dicimus. Cicero in Oratore (47): 15 'non enim declamatorem aliquem de ludo aut rabulam de foro, sed doctissimum et perfectissimum quaerimus'. — inde et Sallustius (Hist. IV, 54): 'canina, ut ait Appius, facundia exercebatur'.

MERIDIES manifeste medius dies. Cicero in Oratore (157): 'iam videtur nescire dulcius. ipsum meridiem cur non medidiem?'

20 INEPTI proprietatem Cicero de Oratore lib. II patefecit (17): 'quem enim nos ineptum vocamus, is mihi videtur ab hoc nomen habere dictum quod non sit aptus'.

DEVORSORIA dicta sunt hospitia, a devorsando. Cicero 1 de Oratore lib. II (234): 'quiescam in Caesaris || sermone quasi in aliquo opportuno devorsorio'.

---

3—5 Enucl.—hab.; 8—10 Rut.—leve; 13—14 Rab.—dic.; 18—23 Mer.—devorando.

---

3 sine ase experitate *L*<sup>1</sup> || 4 testis *F*<sup>3</sup> (*etiam H*<sup>3</sup>): testi *rell.* || 6—7 attici diceret *L* || 10 ut *C*<sup>4</sup> *D*<sup>4</sup> || angulis *L* *C*<sup>4</sup> *D*<sup>4</sup> || 11 ingenti *L* || 12 Thucydides *codd.* *Cic.*: Theodorus *Ernestius* || 13 a<sup>2</sup>stituit *L* || 15 de udo *L* || 16 pertectissimum *L* || 22 ductum *codd.* *Cic.* || 23 Devarsoria *L*<sup>1</sup> || devorando *C*<sup>4</sup> *D*<sup>4</sup>: devarando *L*<sup>1</sup>: devortendo *B*<sup>4</sup>: *correx*i (Deversoria a devertendo dicta *index marg. in B*<sup>4</sup>) || 2 peropportuno *codd.* *Cic.*

SANNIONES dicuntur a sannis qui sunt in dictis fatui et in motibus et in schemis; quos moros vocant Graeci. Terentius in Eunuchō (780):

5

solus Sannio servat domi.

Cicero de Oratore lib. II (251): 'quid enim potest tam ridiculum quam sannio est? qui ore, vultu, imitandis moribus, voce, denique corpore ridetur ipso'.

HEREDIOLI proprietatem indicat Varro de Re Rustica 10 lib. I (10, 2): 'bina iugera, quod a Romulo primum divisa viritim, quae heredem sequerentur'.

LEGVMINA Varro de Re Rustica lib. I dicta existimat quod non secentur, sed [quod] legantur (23, 2): 'cetera quae velluntur e terra, non subsecantur; quae quod ita 15 leguntur, legumina dicta'.

PORCAE agri, quam dicimus, significantiam Varro designat de Re Rustica lib. I (29, 3): 'qua aratrum vomere lacunam, striam facit, sulcus vocatur. quod est inter duos sulcos elata terra, dicitur porca, quod ea seges frumentum porricit'. — Accius Parergorum lib. I (1): bene proscissas cossigerare † ordine porcas bidenti ferro 20 rectas dereuere †.

porcae sunt signa sulcorum, quae ultra se iaci semina prohibeant; porcere enim prohibere saepius legimus.

3—4 Sa.—graeci; 10 Her.—indicat; 13—19 Leg.—porr.

3 sanniiis || 4 montibus L || schenis (sce.): (corr. Montepess.) || 8 qui ore Cic.: quiare L: quare B<sup>4</sup> || 9 motibus edd. || ip. corp. rid. codd. Cic. || 10 Haeredii Ald. || 12 sequentur: sequerentur heredium appellarunt cod. Varr. || 14 non quod sec. sed quod leg.: corr. Quich., Mu. (Legumina dicta quod legantur non secentur index marg. in B<sup>4</sup> et (secuntur) gl.) || 15 e terra—leguntur om. (propter homoeotel.) || 17 qua Varr.: quae || 18 istriam || fecit codd. Varr. || 18—19 secus f. porrigit: secus f. porrigitur On. || 20 venae Mu. || 21 r. deruere Ald.: r. cernere Mu.: r. dirimere Havet. (Rev. Philol. 1891, p. 130) || fort. . béne proscissas (sc. liras) quó signaret ordine, | porcás bidenti férro rectas eruens || 22—23 secl. Mu.

61. 62 M.

- occationis proprietas his indiciis aperitur. Varro de  
 25 Re Rustica lib. I (31, 1): 'et postea occare, id est con-  
 minuere, ne sit gleba: quod ita occidunt, occare dictum'.  
 — Serenus (2):

occátio occaecátio est.

- POMORVM a Varrone proprietas explanata est de Re Ru-  
 1 stica lib. I (31, 6): 'aquam addi cotidie vesperi; || a quo,  
 quod indigent potui, poma dicta esse possunt'.

- FRACCESCERE, tamquam friari et putrefieri vetustate.  
 Varro de Re Rustica lib. I (55, 5): 'haec, de qua fit  
 5 oleum, congeri solet acervatim dies singulos in tabulata,  
 ut ibi mediocriter fraccescat'.

- LIXARVM proprietas haec est, quod officium sustineant  
 militibus aquae vehendae; lixam namque aquam veteres  
 vocaverunt; unde elixum dicimus aqua coctum. lixa  
 etiam cinis dicitur vel umor cineri mixtus; nam etiamnunc  
 10 id genus lexivum vocatur. Varro de Vita Populi Romani  
 lib. I: 'proinde ut elixum panem ex farre et aqua frigida  
 fingeant'.

CALONVM quoque proprietas haec habetur, quod ligna  
 militibus subministrent: καλα enim Graeci ligna dicunt.  
 ut Homerus (cf. Il. VIII, 547):

ἐπὶ δὲ ξύλα καλ' ὑπέθεντο.

- 15 CONFLVGES, loca in quae rivi diversi confluant. Livius  
 Andromeda (18):

cónfluges ubí conventu cámpum totum inúmigant.

---

24—5 Occ.—fracc.; 6—10 Lix.—voc.; 12—15 Cal.—confl.

---

1 (a quo)—2 cf. 502.21 (s. v. dat. pro abl.) || 2 potu  
 C<sup>A</sup> D<sup>A</sup> (cum cod. Varr.) || 3 fricari B<sup>A</sup> || 8—9 lix etiam (pro  
 lixaetiam): corr. Mu. (cf. Class. Rev. V, 10) || 11 ferre L<sup>1</sup> ||  
 12 haec om. L<sup>1</sup> || 13 subministret (summ.) || graeci (gre.) (cum  
 H<sup>8</sup>) ligna dicunt L (cum PE): graece l. dicuntur C<sup>A</sup> D<sup>A</sup> (cum  
 H<sup>2</sup>? G) || homerum C<sup>A</sup> D<sup>A</sup> ut vid. || 14 πιαξυλαλυπεθεντο  
 (turbavit C<sup>A</sup>: om. D.<sup>1</sup>): ἐπὶ δὲ ξύλα πολλ' ἐλέγοντο codd. Hom. ||  
 17 confluges F<sup>3</sup>: confluence L B<sup>A</sup> || conventum: corr. Iun.

CONSEDO, a consedendo, ut adsedo vel adsector. Cassius Hemina Annalium lib. IV (33): 'nemo vicinus consedo'.

CONTICINIVM, noctis primum tempus, quo omnia quiescendi gratia conticescunt. auctores multi sunt mihi, sed auctoritate deficiunt.

DELIBRATVM, decorticatum; ut deartuatum, per artus discissum. Vergilius Georgicorum lib. II (77):  
 udoque docent inolescere libro.

EXTEREBRARE est vi aliquid extorquere et scrutari aut curiosius quaerere. Plautus in || Astraba, cum in curiosum iocaretur (14):

térebro tu quidém pertundis.

GRVMAE sunt loca media, in quae directae quattuor congregantur et conveniunt viae. est autem gruma mensura quaedam, qua fixa viae ad lineam deriguntur, ut est agrimensorum et talium. — Ennius lib. XVIII gruma derigere dixit (494):

degrumare forum.

Lucilius lib. III (4):

viamque  
 degrumabis, uti castris mensor facit olim.

LVCVLENTVM, pulchrum et bonum et perspicuum: dictum a luce. Licinius Macer Annali lib. I (6): 'auspicia

18 Cons.—adsess.; 20—24 Cont.—disc.; 26—1 Ext.—quaer.; 3—6 Gru.—agrim.; 11—12 Luc.—luce.

20 Concinium  $L^1$  || 21 conciscunt  $L^1$  || mihi *Iun.*: miri || 23 artum  $LC^4$ : artus  $B^4 D^4$  || 24—25 cf. 451. 19 || 26—27 ext. aut cur. quaer. et scr. *Mu.* || 1 incuriosum  $F^6$ : incuriosus  $LB^4$  || locaretur || 2 terebratum qu.: corr. *Turneb.* (-tum pro tú) || 4 gruma  $LC^4 D^4$  ut vid.: grumma  $B^4$  (cum *Montepess., Oxon.*) || 5 fixae: corr.  $B^4$  || 6 gr. der. secl. *Vahlen., etiam dix. Mu.* || fort. degrumare addend. || 7 degrumare forum *Vahlen.*: degrumari ferrum || 10 degrumatus *On.* || ut: corr. *Mu., On.*

63. 64 M.

pulchra et luculenta commemorat'. — Plautus Cornicula (65):

púlchrum et luculéntum hoc nobis hódie evenit proëlum.

- 15 LOGI, a graeco sermone, dicta ridicula et contemnenda. Cicero pro Gallio (5): 'ego te certo scio omnes logos, qui ludis dicti sunt, animadvertisse'. Turpilius Cane-phoro (11):

'testamentum érgo celabís?' — 'logi.'

- FVLGORATORES. ut extispices et aruspices, ita h  
20 fulgurum inspectores. Cato de Mōribus Claudī Neronis (20, 2): 'haruspicem, fulguratorem siquis adducat'.

MOLETRINA, a molendo, quod pistrinum dicimus; ut furatrina aut fetutina. Cato in Thermum (12, 2): 'nervo, carcere, moletrina'.

- PANIS proprietatem a pascendo putant veteres aesti-  
25 mandam. Varro de Vita Populi Romani lib. I: 'pastillos et panes; haec vocabula pastus, quod esse pascere dicebant'.

MVSTVLENTVM, ut vinulentum et faeculentum. Plautus Cistellaria (382):

- 1 nam ita mústulentus || aéstus nares ádtigit;  
ut sit odor musti aut musto oblitus ac madens.

15 Log.—cont.; 19 Fulg.—arusp.; 22—6 Mol.—fidem.

15 sermone dicta *F*<sup>3</sup>: sermone vel dicta *rell.*: sermones (*ed. a. 1476*), dicta vel *Me.* || 16 certo *LB*<sup>4</sup>: certe *H*<sup>3</sup> || 19 ut extorum extisp. *Mu.* || (Fulguratores a fulmine extispices ab extis aruspices ab aris *index marg. in B*<sup>1</sup>) || 23 feratrina: *corr. Havet. (Rev. Phil. XX, 22)*: ferratrina *Me.* || aut *L*: ut (*prae.* a) *rell.* || 24 a om. *L*<sup>1</sup> || 24—25 aestimandum || 26 hae *L* || a pastu vel a pastu sunt *Mu.* || esset: *corr. Mu.* || 27 et vin.: (*corr. H*<sup>3</sup> (?) *mg.*) || ut f. *B*<sup>4</sup> || must. et (ut *C*<sup>4</sup> *D*<sup>4</sup>) vin. ut faeculentum (*sic*) *repet. post* cavillettur (*v. 4*) *L*<sup>1</sup> *C*<sup>4</sup> *D*<sup>4</sup> || 27—1 *cf. 415. 15* (*s. v. ventus*) || 1 itta *L*<sup>1</sup> || aestus *codd. h. l.* (*estur L*<sup>1</sup>): ventus *codd. 415* (*cf. 'Non. Marc.' p. 106*).

CONVICIVM dictum est quasi e vicis logi, in quís secundum ignobilitatem loci maledictis et dictis turpibus cavilletur.

PROLVBIVM est \* \* \* (trag. inc. 226):

5

*prolubium* est pétère amicitiam ét fidem.

Accius Andromeda (106):

múliebre ingeníum, prolubium, occásio.

Naevius Colace (30):

ét volo et vereór et facere in prólubio est . . . .

10

Laberius Conpitalibus (33):

quó quidem

me á matronali pudore prólubium meretrície  
prógređi coégit!

Varro de Lingua Latina lib. IV (fr. 7): 'prolubium 15  
et [pro] lubidinem dici ab eo quod lubeat: unde etiam  
lucus Veneris Lubentinae dicatur'.

PEDATO positum pro repetitu vel accessu, quasi per  
pedem, sicuti nunc vulgo dicitur, tertio pedato. Cato  
Originum lib. I (28): 'igitur tertio pedato bellum nobis 20  
facere'. — idem in Dissuassione de Feneratione (6, 2):  
'tertio autem pedato item ex fenore discordia excrecebat'.

PRAECLAVIVM, pars vestis quae ante clavum textitur.  
Afranius Omine (229):

tértium diém praeclavium únum texere . . .

25

22—6 Mol.—fidem; 18—19 Ped.—pedato; 23 Praecl.—tex.

3 vitiis: (corr. H<sup>2</sup>) || logi in quis On.: locum qui: iocum  
q. Me. || 4 cavillentur Lips. ant. lect. I, 2 || 5—15 Proluvium ||  
5—6 restit. Lips. ant. lect. IV, 17, On. || 6 patere: corr. Lips. ||  
13 meretricis: correxi: meretricium Ribb. || 15 III F<sup>3</sup> B<sup>4</sup>: V  
L || proluviem (-vium E<sup>1</sup>) || 16 proluvidine L<sup>1</sup>: porro lubi-  
dinem (?) Mu. || 17 lubentina (lib. L<sup>1</sup>) || 18 accensu L || 19 tert.  
ped. secl. Mu. fort. recte || 21 fecere Acidal. || 25t ert.] totum Bue.

idem Fratriis (179):

mea nútrix, surge, sí vis; profer púrpuram.  
praeclávium contéxtumst.

PROPAGES est series et adfixio continuo vel longe ducta.  
30 pages enim compactio; unde compages et propagare  
genus, iuge, longe mittere. Pacuvius Antiopa (20):

salvété, gemini, méa propages sanguínis.

Ennius (Ann. 587):

nobis unde forent fructus vitaeque propagmen.

1 PRAEGRADAT, antevenit, dictum a gradu. || Pacuvius  
Atalanta (48):

éxtremum intra cámterem ipsum praégradat  
Párthenopaeum.

PROMICARE, extendere et porro iacere; unde emicare.  
5 Naevius Agrypnuntibus (15):

si quidem loquí vis,  
non pérdocere múlta longe prómican-do, oratiost.

PRAEVIVS dictus est antecedens. Cicero Alcyonibus:

hunc genuit claris delapsus ab astris  
10 praeivus Aurorae, solis noctisque satelles.

29—31 Prop.—mittere; 1 Praegr.—gradu; 8 Praev.—antec.

26 item *F*<sup>3</sup> || 28 contextum *F*<sup>3</sup>: contextus *rell.* || 29 afflictio  
*B*<sup>4</sup> || iuge d. *Quich.* || 30 compatio *C*<sup>4</sup> *D*<sup>4</sup> || 31 iuge emittere  
(*del. longe*) *Mu.* || 31—32 cf. 221. 9 || 33—34 cf. 221. 11 || 34 novis  
*codd. h. l.*: bonis (bonis sec.) *codd.* 221: *corr. Iun.* || florent  
*codd. h. l.* || propaginem *codd. h. l.*: propagimen (-gmen) *codd.*  
221 || 1 Praegreditur: *corr. Mu.*: Praegradat, praegreditur  
*Iun.* || Atalanta *Iun.*: tantalo || 2—3 Parth. praegr. *Quich.* ||  
parthenoreum: *corr. Scal.* || 4 a micando, unde *Mu.* || 7 promi-  
canda *edd. (interrogative, m. l. p. oratiost?)* || 8 alcion: *corr.*  
*Quich.* || 8—9 Cic., Alcyon hunc g. *Nobb.*: Cic. Alc., Lucifer hunc  
g. *On.* || 9 claris *ed. princ.*: cladis *L.*: claudis *B*<sup>4</sup>.

DIGLADIARI dictum est dissentire et dissidere: dictum a gladiis. Cicero Academicorum lib. I (fr. 1): 'quid autem stomachatur Mnesarchus? quid Antipater digladietur cum Carneade tot voluminibus?' — idem III (fr. 12): 'digladiari autem semper, depugnare in facinorosis et audacibus, quis non cum miserrimum, tum etiam stultissimum dixerit?' 15

AEQVOR, ab aequo et plano Cicero Academicorum lib. II vocabulum accepisse confirmat (fr. 3): 'quid tam planum videtur quam mare? e quo etiam aequor illud poetae vocant'.

MAENIANA ab inventore eorum Maenio dicta sunt; unde 20 et columna Maenia. Cicero Academicorum lib. IV (21) (II, 70): 'interim ille, cum aestuaret, veterum, ut Maenianorum, sic Academicorum umbram secutus est'.

NATRICES dicuntur angues natantes. Cicero Academicorum lib. IV (27) (II, 120): '(sic enim vultis) tantam vim natricum viperarumque fecerit?' — Lucilius Satyrarum lib. II (21): 25

si natibus natricem inpressit crassam et capitatam.

EXVLTARE dictum est exilire. Cicero Academicorum lib. III (fr. 13): 'et ut nos nunc sedemus ad Lucrinum || pisciculosque exultantes videmus'. — Vergilius Aeneidos 1 lib. III (557):

exultantque vada atque aestu miscentur harenae.

EXCORDES, CONCORDES, VECORDES ex corde significantiam ducunt. Cicero Tusculanarum lib. I (18): 'aut 5

---

11—12 Digl.—glad.; 17—20 Aeq.—sunt; 24 Natr.—nat.; 28 Ex.—ex.; 4—12 Exc.—prob.

---

18—14 (digladiatur *F*<sup>1</sup>, cum *codd. Cic.*) || 19 e quo etiam *om. C<sup>4</sup> D<sup>4</sup>* || 20 moenia *L*: menia *C<sup>4</sup> D<sup>4</sup>*: monia *B<sup>4</sup>*: (moenio *G*<sup>3</sup>) || 23 umbram *Cic.*: viam || 1 pisculos: (*corr. F*<sup>3</sup>) || videmus *Cic.*: videamus || 3 extumescentur *L*<sup>1</sup> || 4 Exc. concordessve (*vae*) ex: *corr. On.* (*cf. Amer. Journ. Phil. XXII, 37*).

66. 67 M.

unde, magna dissensio est. aliis cor ipsum animus videtur: e quo excordes, vecordes, concordēs dicuntur'.

MANVM dicitur clarum: unde etiam mane post tenebras noctis diei pars prima; inde Matuta, quae graece  
 10 *Μενοθήα*. nam inde volunt etiam deos Manes manes appellari, id est bonos ac prosperos, quod melior mors sapientioribus quam vita probetur. Cicero Tusculanarum lib. I (28): 'quid? Ino, Cadmi filia, nonne *Μενοθήα* nominata a Graecis, Matuta habetur a nostris?' — inde inmanes, non boni, ut saepe.

15 FODICARE est fodere: a fodiendo dictum. Cicero Tusculanarum lib. III (35): 'non est enim in nostra potestate, fodicantibus eis rebus quas malas opinamur, dissimulatio vel oblitio'.

POLITIONES, agrorum cultus diligentes: ut polita omnia dicimus excolta et ad nitorem deducta. Ennius Satyrarum lib. III (16):

20 testes sunt  
 lati campi, quos gerit Africa terra politos.

idem Annali lib. IX (332):

rastros dentefabres capsit causa poliendi  
 agri.

25 Varro (Men. 589): 'quid mirum? ex agri depolitionibus eiciuntur; hic in cenaculo polito recipiuntur'.

PRAEFICAE dicebantur apud veteres quae adhiberi solent funeri, mercede conductae, ut et flierent et fortia facta laudarent. Plautus in Frivolaria (84): ||

1 superáboque omnis árgutando praéficas.

---

4—12 Exc.—prob.; 15 Fod.—dic.; 18—19 Pol.—deducta; 27—29 Praef.—laud.

---

6 dissensionestatis L<sup>1</sup> C<sup>4</sup> D<sup>4</sup> || animis C<sup>4</sup> D<sup>4</sup> || 7 concordē B<sup>4</sup> (cum codd. Cic.) || 9 mutata C<sup>4</sup> D<sup>4</sup> || 10—11 d. manes app. C<sup>4</sup> D<sup>4</sup> || 11 quod mel. mors om. L<sup>1</sup> || 12 sapientioribus L || 13 qui L<sup>1</sup> || 14 mutata L<sup>1</sup> || 15 est fod. edd.: et fod.: del. Quich.: ecfodere On. || 23 ratros L || dentiferos Hugi: dentifabros On. || 26 inpolitō On. (Class. Rev. III, 247) || 27 solerent Quich.

idem Truculento (496):

quae álios conlaudáre, eapse sése vero nón potest. praefica,

Lucilius lib. XXII (XXVII, 18):

5

. mercede quae conductae flént alieno in fúnere,  
praeficae multo ét capillos scíndunt et clamánt magis.

Varro de Vita Populi Romani lib. IV: 'dein neniam cantari solitam ad tibias et fides † eorumque ludistras cursicassent. † haec mulier vocitata olim praefica usque 10 ad Poenicum bellum'.

PAREVTACTOI, qui de pueritia veniunt ad pubertatem: a graeco vocabulum sumptum. Lucilius lib. IX (71): unde pareutactos, chlamydes ac barbula prima.

idem XX (XXVIII, 28):

tuum ephébum quendam, quém pareutactón vocant.

15

Varro de Compositione Saturarum:

pareútactae adsunt, múlter quae mulier, Venus. [caput]

PROLETARI dicti sunt plebei, qui nihil rei publicae exhibeant, sed tantum prolem sufficiant. Cato de Tribunis Militum (30, 1): 'expedito pauperem, plebeium atque 20 proletarium'. — Cassius Hemina Annali lib. II (21):

11—12 Par.—sump.; 18—19 Prol.—suff.

3 praefica *Pl.*: praeficas || 4 conlaudare a se vero: conlaudate *apsa* (*abse*) se vero *codd. Pl.*: conlaudat eapse sese *Both.* || 5 XXVII *Mu.* || 8—9 (*fid.*) *cf.* 145. 26 (*s. v. nenia*) || 8 III *L B<sup>4</sup>* (*cum codd. 145*): III *F<sup>3</sup>* || 9 cantari s. *codd. 145*: cantoris s. *F<sup>3</sup> B<sup>4</sup>*: cantaoris s. *L* || solitam *F<sup>3</sup>* (*cum codd. 145*): solatam *L B<sup>4</sup>* || eorum qui ludis Troicis *Scal.* || 10 cursitassent *ed. princ.* || 11 Parectato hi qui: *corr. Bue. (Rhein. Mus. 1894)* || 13 inde *B<sup>4</sup>* || parectato e || calamides || 14—15 XXVIII eph. *Mu.* || 15 voc. praeutacton *L<sup>1</sup>*: voc. parectaton *B<sup>4</sup>*: *transp. On.* || 17 parentactae *F<sup>3</sup>*: praeutactae *L*: parectate *B<sup>4</sup>* || mul. quae mul. *tuetur Friedlaender. ad Petron. 42* || caput *seclusi (Philolog. LV, 167)* || 20—21 atque prol. *F<sup>3</sup> B<sup>4</sup>*: om. *L*.

67. 68 M.

'tunc Marcius pro consule primum proletarios armavit'.

— Varro de Vita Populi Romani lib. I: 'quibus erant pecuniae satis, locupletis, adsiduos; contrarios proletarios. adsiduo neminem vindicem voluerunt [locupleti]'.

- 25 PROSAPIA est generis longitudo: dicta a prosupando aut proserendo. Cato Originum lib. I (29): 'veteres prosapia'. — et multa alia aput multos.

OPTIONES in cohortibus qui sint honesti gradus, ut  
 1 optatos, quod est electos, et adoptatos, || quod adscitos, Varro de Vita Populi Romani lib. III existimat appellatos: 'referentibus centurionibus et decurionibus adoptati in cohortes subibant, ut semper plenae essent  
 5 legiones. a quo optiones in turmis decurionum et in cohortibus centurionum appellati'.

---

25—26 Pros.—proser.; 28—2 Opt.—adsc.

---

21 Marcius (*Lips.*) pro consule *Peter*: marcus praeco: M. praetor *Lips.* || primus *Freinshemius ad Flor. III, 1, 13* || prolatarios *L*<sup>1</sup> || 22 erat *Mu.* || 23 locupleti *secl. Quich.*: vol. nisi adsidium id est locupletem *Turneb.* || 25 Prosapia est *On.*: Prosapie (*pro -a ē, i. e. -a est*) *L*<sup>1</sup> *C*<sup>4</sup> *D*<sup>4</sup>: Prosapies *B*<sup>4</sup> || 26—27 veteris prosapiae *Iordan.*: veteris prosapie *Mu.*: veteres prosapiae *On.* || 27 talia *Mu.* || 28 (sunt *P*) || 1—2 quodquod (quotquot) adsc. (asc.): *corr. edd.* || 3 referentibus *quidam ap. Bentinum*: referentur || et dec. *F*<sup>3</sup>: *om. L B*<sup>4</sup> || 4 in coh. et in turmas sub. *Mu.* || esset *L*<sup>1</sup> || 5 dinturmis *L.*

---